

Dc
490



Hildemesser

118

118




DE
SERMONIS CHALDAICI
PROPRIETATE.

SCRIPSIT

Dr. FRANCISCUS DIETRICH

SEMINARII PHILIPPINI MAIOR.



LIPSIAE MDCCCXXXIX,

SUMTIBUS FRID. CHRIST. GUIL. VOGELII.



DE

SERMONIS CHALDICI
PROPRIETATE



LIPSIÆ, TYPIS GUIL. VOGELII, FILII.



CORRIGENDA.

- Pag. 4 not. 6) lege 1330.
- 8 not. 16) lin. 7 l. *τισω*.
ib. lin. 8 l. *Sea* pro seu.
 - 9 not. 17 l. *αδλών*.
 - 16 lin. 8 l. *Pzad*.
 - 19 lin. 12 l. *Schultensius* ³⁴.
 - 23 lin. 19 l. (*arca*), et postea: (*abscondidit*).
 - 31 lin. 6 a fine l. *דירניא*.
 - 34 lin. 12 l. *desierint*.
 - 43 lin. 16 pro *personis* l. *versionis*.
ib. lin. 17 pro *et* *Chald.* lege *ad*.
 - 45 lin. 8 l. *postremos*.
 - 51 lin. 8 post *praeposito* lege *ד*.
ib. not. III) leg. *אמרם הכי*.

CORRIGENDA

- Page 8 not 6) lege 1830.
— 8 not 16) lin. 7 l. vnde
ip. lin. 8 l. 2da pro seu
— 9 not 17 l. vnde
— 10 lin. 8 l. 1xnd.
— 11 lin. 12 l. Schultensius *)
— 22 lin. 10 l. (arab) et postea: (abscondit)
— 31 lin. 6 a line l. vnde
— 32 lin. 12 l. gestio
— 33 lin. 10 pro persona l. vnde
ip. lin. 17 pro et Chald. lege vnde
— 35 lin. 8 l. postea
— 37 lin. 8 post. praeparatio lege
ip. not. III) leg. vnde



Ut Chaldaismos qui in libris Veteris Testamenti hic illic offendunt accuratius cognoscerem et dijudicarem, perscrutatus ea quae apud Esram et Danielem Chaldaice leguntur, ad studium dictionis Targumicae me converti. Quam cum in singulis V. T. paraphrasibus admodum diversam esse intellexissem, necdum omni ex parte descriptam viderem, de historia sermonis Chaldaici componenda cogitare coepi, quam Eichhornius in introductione ad scripturam sacram erat auspicatus. Antea vero duo constituenda videbantur. Nam cum idioma Chaldaicum Syriaco maxime affine sit, ab initio quaerendum erat, quae esset eius cognationis ratio, ut appareret quo loco illud ponendum esset; deinde de fontibus eius dicendum erat, quorum valde anceps est conditio. Harum partium ob ambitum quem cum elaborassem, nactae erant, priorem modo proposui reliqua alio tempore exsecuturus, nisi ii penes quos hac de re est iudicium fuerint dehortati.

Sermo Chaldaicus qui libris nostrae memoriae proditus est, cum non eius populi cuius nomen prae se fert, propria lingua fuerit, sed lingua qua aliquoties Esra et Daniel juxta Hebraicam usi sunt, post Hieronymum constantius eo nomine distingui, ideoque paraphraetae Vet. T. simili sermone usi Chaldaei dici coeperint; in universum dicendus est ille qui Judaeis Palaestinensibus aliquamdiu aequae ac hebraicus et post amissum huius usum unice fuit proprius. Paraphraetae enim sine dubio non tali quodam sermone utebantur,

quem soli homines eruditiores callerent, id agentes ut populo quasi specimina purioris quam apud ipsum obtinuerit Aramaismi proponerent, sed cum scripturae sacrae usum populo restituere familiaremque reddere vellent, quo tempore minus sermonis studium quam cultus sacri intellectus et conservatio agebatur, idiomate non quibusdam tantum sed omnibus aequalibus familiari, jam ab initio scripsisse judicandi sunt. Quod idioma cum origine sit Aramaicum, multa vero Hebraica adpersa habeat, quaeritur qua necessitudine cum Syriaco jungatur.

Utrumque idem fere esse *Amira* censuit, qui Syriacam dialectum dixit „Chaldaicam reformatam.“ Linguam Danielis et Esrae tantum aliquid differre ab illa ob nonnulla Hebraica admista Ludovicus *de Dieu* statuit, eandem tamen linguam esse affirmavit, quae minus etiam ab Syriaca differret, „si punctatoribus placuisset.“ Hunc fere secutus est *Waltonus* nisi quod levia illa discrimina olim quoque vere obtinuisse et cum Esra ex captivitate Babylonica redux scripserit, Babyloniae provinciae tribuenda putavit. Quod postquam *Assemanus* de dialecti discrimine inter Aramaeam orientalem et occidentalem, saeculo quinto animadverso, Barhebraeo teste retulit, certius etiam de priore illo tempore judicari visum est, unde iam haec sententia a plerisque recepta est, Chaldaicum ut orientale idioma a Syriaco ut occidentali antiquitus distinctum fuisse. Oblocutus erat primus *Loescherus* ¹⁾ certe in eo quod dialectum nobis Chaldaicam dictam veterem Babylonicam et nativam Chaldaeorum linguam fuisse negavit, a Syriaca autem ita eam distinxit ut Neo-Ebraeam appellare mallet. Illud vero quoniam in libro Geneseos Chaldaei inter Semitas non uno loco recenseri videbantur, tunc minime acceptum est. Non magis placuit quod Chal-

1) de causis lingu. hebr. Lips. 1706. p. 46.

daismum ipsum Aramaeo et Hebraeo sermone a Judaeis prorsus permistis ortum demum esse dixerat. *Aurivillius* ²⁾ certe qui primus accuratiorem horum idiomatum comparisonem instituit in disputationibus duabus Upsalae 1773 habitis, quarum posteriorem I. D. Michaelis in sylloge sua communicavit, se Amirae potissimum sententiam munire voluisse professus est, discrimen ipsum vero exponens licet satis cautè plerumque versatus sit, tamen Hebraismos partim ubi refert non satis ut tales declarat, partim non omnes conguessisse videtur. *I. D. Michaelis* ipse ita aequalia haec duo idiomata esse pronuntiavit, ut dummodo alterum alterius literis scriberetur, pro altero haberi posset. Quamquam ubi Chaldaicam et Syriacam eandem linguam esse probat ³⁾, observandum est eum descriptionem magis quam subtilem rei ipsius expositionem spectasse, uti ipse praefatur. Contra valde notabilem differentiam Hebraicis ei sermoni injectis effici rursus *Wahl* propugnavit, qui eodem fere tempore eum neque aramaicum occidentalem sive proprie syriacum, neque orientalem qualis fuerit in Babylone ante Alexandrum, sed ex hebraica et Syriaca linguis mixtum esse defendit, neque hybridum appellare dubitavit ⁴⁾. Quod recentioribus plerisque qui eam rem tractaverunt displicuit, postquam *Winerus*, qui comparisonem quoque brevem inter utramque dialectum in limine Grammaticae suae ⁵⁾ instituit, ea quae Chaldaicae cum hebraica lingua communia sint, utpote exigua pro Babylonicae dictionis proprietate haberi posse

2) Aurivillii dissertt. ad sacras lit. pertinentes ed. I. D. Michaelis Gott. et Lips. 1790. Prior pars ab hoc comparari non potuit, posterior legitur p. 104—122.

3) Abhandlung von der Syr. Sprache etc. ante Chrestomathiam Syriacam, secundum editionem II. Gott. 1786. p. 6—15.

4) Allg. Geschichte der morgenl. Spr. und Lit. Lpz. 1784 p. 576 et 547.

5) Lpz. 1824. p. 8 sq.

praecivit. Aliter hanc rem constituit *Hupfeldius* ⁶⁾, qui de singulari quadam Babylonica dialecto certa veterum testimonia esse negavit, et ut quaedam ei fuerit proprietates, hanc in sermone Chaldaico nostro exhiberi negavit, quippe qui non posset dici nisi Aramaici sermonis forma Judaica. Cui sententiae postquam *Hävernicius* in introductione ad script. s. quaedam opposuit, ulterius etiam progressus nuper *Fürstius*, grammatica discrimina a plerisque posita ita perlustravit ⁷⁾, ut ea omnia aut ficta aut incerta esse efficere studeret, qua in re ut evinceret Chaldaicam linguam non e permistione quadam oriundam sed a Syriaca omnino non diversam esse, quomodo egerit, infra aliquoties ostendetur.

In describenda ipsa hac ratione quae inter Syriacum et Chaldaicum idioma intercedit, cum quae utrisque conveniunt, et satis in oculos incurrant et jam alibi ⁸⁾ apte composita sint, nobis ea modo quae differunt consideranda erunt; et cum primum soni potius quam litterae agantur, ea quae ad solum scribendi morem pertinent excludenda esse patet. Quae vero sonorum ratione diversa sunt, ponuntur

I. IN VOCALIUM AFFINIUM PERMUTATIONE.

Secundum nostros enim libros vocales cum breves tum productae singulae apud Syros depressius et obscurius, in Chaldaicis libris altius et clarius prolatae apparent, ita ut quod illis per *ō* scribitur, velut *c'tobō*,

6) Studien und Kritiken ed. Ullm. et Umbr. 1838.

7) Formenlehre der chald. Gramm. Lips. 1835. I. §. 6 — 14. imprimis p. 5 et 13. „die Paraphrasten schrieben ihre Targumen rein-aramäisch.“

8) *Winer* Gramm. des bibl. und targ. Chaldaismus p. 8 sq.

aut per au uti *auled*, aut per ai ut *g'laith*, aut per ě et ä velut *tegtul* – apud hos *c'tabā*, *olid*, *g'lēth*, *tiqtol* legi soleat. Quae discrepantia per se exigua quidem est, sed dummodo vere obtinuerit, non erit negligenda, cum constans fere fuisse videatur, et alibi quoque urgeri soleat. Est igitur ante omnia videndum, utrum illa antiquitati ipsi et cui fere attribui possit, an per punctorum vocalium auctores demum constituta sit, ut simul appareat, rectene ad eam diluendam provocetur ad recentiorum Judaeorum pronuntiationem similiter diversam, an minus.

1) Vocalem A productam et in fine vocabulorum per Aleph indicatam chaldaice quoque per ā pronuntiatam esse, ex more quo vocales literis exprimebantur et tutius etiam e vocabulis chaldaicis hic illic graece aut latine scriptis colligitur. Paraphrastae enim primum, cum illud *a* quod secundum hebraicum morem praeter syriacum retinebant ut in קטלהא per א expresserint, nec minus aliquoties *a* breve in fine vocum, cuius sonus minime ad *o* accedebat, ut in עלאי (super me), ורחי (et vicit), זכאי (insons), מאך (quis), idem signum א pro obscuriore illo sono posuisse non videntur, utpote qui juxta sonos auditos potius quam verborum origines scribere consueverint; unde et tale *o* quod ex *a* ortum est, ubi in posterioribus paraphrasibus apparet, etiam per ו exprimitur, velut ויבעין (proferentes), אפוי (augere), quae formae priscis fuissent *nab'in*, *appascha*, Syris: *nob'in*, *mapposchu*. Deinde *Josephus* voces עצרתא (festum) הנירא (claudus) קרבנא (oblatio) refert per Ἀσφρά χαγειοῦς, κορβανῶς, quam pronuntiationem adhuc *Hieronymus* confirmat, apud quem ut chaldaica haec vocabula: *Elain* (dii), *Essaitha* (suspicio), *Rua codsa* (spiritus sanctitatis) leguntur ⁹⁾.

9) ed. Mart. T. III. in comm. ad Dan. prophetam p. 1088. 1095; et Tom. IV p. 485.



At fortasse etiam Syriaca ita pronuntiata esse aliquis dixerit, unde tota ista differentia auctoribus punctorum vocalium apud Syros tribuenda foret. Nativam quidem et principalem eam pronuntiationem ibi fuisse nemo facile dubitaverit. Sed eandem primis nostrae aerae saeculis nondum cum altera, Edessena dicta, uspiam in Syria ipsa commutatam fuisse, neque ex testimonio Barhebraei ¹⁰⁾, neque ex vocabulis aramaicis in N. T. alibique graece expressis tuto colligere licet. Haec enim e sermone popularium Palaestinensium hausta sunt, qui etiamsi Aramaica sua ex Syria proprie sic dicta accepisse judicentur, fieri tamen potuit ut pronuntiationem septentrionalium secundum morem hebraicum deflecterent. Itaque glossis istis LXX interpretum ¹¹⁾, N. T. ¹²⁾, et Josephi certum hoc tantum efficitur, apud Judaeos Palaestineses et Aegyptios primis saeculis a. Chr. et post eum vocales, imprimis אָ, clarius sonasse. In Aramaea ipsa saeculo certe quinto obscuriorem pronuntiationem juxta clariorem fuisse memoriae traditum est, et potuit quidem illa ex hac circa id tempus demum orta esse, uti v. c. Anglorum recentiorum ô (= oa) ex

10) apud *Assem. Bibl. Or. T. II. p. 407*. Ipse Ass. in disquisitione de Nestorianis T. III. P. II. p. 379 sq. iam recte censuit illum errare in eo quod lectionem Nestorianorum. (per A) quam Josephus Huzita in schola Nisibensi introduxerit, pro nova habuisse videbatur, cum suam Edessenam (per O) toto Narsetis tempore (iam ante medium saec. V) obtinuisse dixerit. Qua in re Assem. hoc modo nimium contendere videtur quod toto tempore antecedente in tota Aramaea clariorem illam pronuntiationem Nestorianorum receptam fuisse ex vocibus Palaestino-Aramaicis in N. T. obviis et ex urbium quibusdam nominibus concludit.

11) Quod illi Lev. 11, 22 posuerunt γόβα (locusta) sine dubio refert chald. גִּרְבָּא. Ex nomm. propriis attulisse sufficiat Βαλκιάσαq Dan. 5. 9; Μισάχ, Σεδράχ, Ἀβδεναγώ Dan. 3, 29 (95) quae Syro sunt: Belitschozor, Maischoch, Schedroch Abednogu.

12) Unde huc pertinent: ἄββᾶ, Ἀκελδαμά, λαμὰ σαβαχθανί, μαραναθά.

Anglo-Sax. à prodiit. Sed Edessenam illam quae dicitur locutionem antiquitus regionibus Aramaeae occidentalibus iisque montanis si non unice receptam tamen aequè familiarem fuisse cur probabilius videatur hae sunt rationes: a) Etiam in lingua Hebraea singulis certe in formis iam antiquissimo tempore Kamez vocali Chollem cessit, ut in participiis activis et nominibus quibusdam tritissimis *rōsch* (caput) *sōth* (haec) semper, in aliis ut *hōr* (mons) *c'mō* (ut) ad tempus, et in nominibus in -ōn exeuntibus plerumque; cuius mutationis usus eo ipso tempore invaluit quo vis Aramaicae linguae ex communi sententia ingravescere coepit; tunc enim, ut pauca ex multis afferam, juxta *c'mo* etiam *b'mo* et *l'mo*, in nominibus propriis *Elam*, *Migdōl*¹³⁾, adeoque *gom* (stans)¹⁴⁾ pro *gam* reperitur. — b) Nec desunt vestigia talis obscurioris pronuntiationis apud Aramaeos septentrionales sive Syros, iam primis aerae nostrae saeculis si non unice usitatae tamen ingruentis. Id quod illis quidem Graecorum scriptorum vocabulis aramaicis quae desinentia in -os et -ov statum Syrorum determi-

13) Prius nomen 2 Chron. 33, 7 legitur, alterum Jer. 44, 1.

14) 2 Reg. 16, 7. Zach. 10, 5. Jes. 26, 7. — Quae nomina propria a Fürstio gr. p. 7 huc referuntur minus ad probandum idonea sunt. Primum enim מְאוֹב post alios aquam i. e. semen patris explicari jubet; verum Hebraeis id placuisse valde incertum videtur, potissimum formae ratione habita, cum מְאוֹר pro מְאוֹ (aqua) apud posteriores demum paraphrastas legatur; unde מְאוֹב potius a ראב (desideravit) descendere putaverim. Quod altero loco posuit מְאוֹבֵה Jer. 48, 21 (C'thib) quasi sit *mū-phaat*, certissime non compositum est, sed aequè ut lectio מְאוֹבֵה a Gesenio, optime ad radicem יפַע revocatur. Neque aptius est denique quod huc refert גְּרָשָׁם Ex. 2, 22 quod nomen minime significare potest „peregrinus ibi,“ neque hoc quidem certum est, an scriptor talem compositionem vere in eo inesse statuerit, sine dubio autem multo melius a Gesenio terminatio *om* = *on* (ut פְּדִיּוֹם et פְּדִיּוֹן) radici גְּרָשׁ apposita censetur, quam quod שָׁם = שָׁם pronuntiatum ibi latere sumitur.

nativum exprimere videbantur ¹⁵⁾, recte comprobari diffido, quia Graeci vocabulis barbaris terminationes plerumque de sua lingua addere solebant. Eandem vero ob causam etiam ubi voces eorum Syriacae dictae in *a* exeunt, additamentum istud Syris et Palaestinensibus commune sonumque et illis domesticum exprimi non sequitur, praesertim cum quae est apud eos Syriae cum Palaestina et Phoenice permutatio, dici nequeat, num talibus formis Palaestinensium potius locutionem per Phoenices acceptam expriment, velut difficilis vox *σαβιδά* in Etymologico Gudiano ¹⁶⁾ Syriaca appellatur licet Ascalonitis in usu fuisse perhibeatur. Sed sunt etiam quaedam vocabula servata, unde tutius colligere liceat, etiam ante saeculum sextum et quintum apud Syros terminationem nominum femin. gen. in ך^{\prime} etiam per o pronuntiatam fuisse. Ut enim in vocabulo *χαρμιοννώ* quod apud Tzetzem (saec. XII) explicatur avis species, *οϊνάς*, posterior pars sine dubio est $\text{ל}^{\prime}\text{נ}^{\prime}$ (columba), ita *Σαλαμβώ* quod nomen Veneris apud Babylonios esse

15) Qualia sunt *ἀβιβλαβόν* ($\text{כ}^{\prime}\text{ב}^{\prime}\text{ב}^{\prime}\text{ל}^{\prime}\text{ב}^{\prime}\text{ב}^{\prime}$), *κάρνον*, *σάγλον*, *βικός*, *σάτον* cf. Ges. 5. v. $\text{כ}^{\prime}\text{נ}^{\prime}\text{ס}^{\prime}$.

16) s. v. *Σαβιδά*: τοῦτο Συριῶν ἐστὶν ὄνομα, ὃ ἐρμηνεύεται λωιαῖον ἀντλήμα παρὰ τῶν Ἀσκαλωνίτην, ἐστὶ δὲ ξερὸν κβ καὶ τι ἀρέσει καὶ παρ' ἄλλοις ἢ τὸ δὲ ἐν δ. Interpretatio depravata est. Pro *λωιαῖον* Dahlerus apud H. Steph. restituit *λημιαῖον*, glossae ipsi *σαῖτην* contulit, nullum in Chald. vel Syr. lingua vocabulum illi respondens se reperire potuisse confessus. — Pro *καὶ τι ἀρέσει* me rogante Illustrissimus Hermannus legere suavit *ὡς παν ἀρέσει*. *Σαβιδά* idem esse arbitror quod Hebraicum seu quod pluries ut Ex. 29, 4 in Targ. Jon. etiam liquidorum mensura dicitur, forma Chaldaica $\text{נ}^{\prime}\text{ח}^{\prime}\text{ב}^{\prime}$ (emph.) cuius plur. $\text{נ}^{\prime}\text{ח}^{\prime}\text{ב}^{\prime}$ saepius in paraphrasibus legitur. Mensura secundo loco posita tantum non convenit, teste enim Josepho Hierosolymis satum XXIV sextarios capiebat. Extrema verba iterum corrupta sunt, haud sio an iis comparatio mensurae hebraicae *ἢ*, *ἐν* insit, quae cum XII sextarios habeat, sati dimidia pars est.

refert *Hesychius* (saec. IV), adeoque Aramaicum esse magis consentaneum est quam quod videbatur Salmasio graecum, refert terminationem femininam item obscurius prolatam et poterit ex radice שִׁלַב (coniungere) explicari coniunctrix שִׁלַבָּ (salabbo = salambo); apud eundem secundum H. Stephani ¹⁷⁾ lectionem γοι explicatur vallis, quod sive goi sive gi pronuntiatum fuerit, non Palaestinensem sed Syrum loquendi modum refert. Accedunt voces quaedam punicae vel phoeniciae dictae, quae cum pronuntiationem alienam a vulgari cum Hebraica conveniente prodant, si non Syriacam consuetudinem, temporis sui tamen inclinationem communem versus istum sonum probare recte iudicabuntur ¹⁸⁾. Sunt vero hae: Belo, oppidi Hispanici nomen בעלן; *nesso esse sade* נַסָּדָּ apud Appulejum (saec. II); et *κίττω* pro cassia κίττ apud *Dioscoridem* (saec. I), quibus addere licet apud eundem Diosc. *θραψώ*, raparum genus ex nomine Poenorum, cui eadem vox subesse videtur quae syriaco ܦܘܢܘܿܐ aliam radicem significante; fortasse et *σαμαθώ* quod Poenis „magnam“ notare Stephanus Byzantinus (saec. V) tradidit et quocum Bochartus *סמחה* comparavit. Idem ostendit nomen *Σαραχηρω* quod Philoni Byblio (saec. I) est ἡ κοσμήτρια τῆς Ἑρας, utcumque explicetur et *χθώροδ* *λάψον* quod placentae genus cum Athenaeus ¹⁹⁾ melle conditum fuisse narret,

17) Qui Hesychii verba ita refert: Γοι· ἀλλιον, φάραγξ. — *Σαλαμβῆς* vero Graecis est fenestra.

18) *Gesenius* in libro *Scripturae et lingu. Phoen. Monum.* (Hal. 1837) p. 440 eas terminationes femininas et p. 434 complures alias ad morem et Syris familiarem refert.

19) III, 126 a: *πλακοῦς ἐκ γάλακτος, ἰτρίον τε καὶ μέλιτος*. *Gesenius* eam placentam *לִבְשׁ חֲבֵרָה* (*striae vestis*) explicat utpote a vestium aliqua similitudine dictam, secundum lectionem quorundam codicum *χεβροδλαρον*. Nomen vero a melle unde composita erat, ut Graecum *μελίτωμα*, petitum esse eo quoque commendatur, quod placenta quaedam *מליטמיה* Hierosolymis venalis fuisse narratur

lego *χθωροδΑαρον*: ܠܡܕܘܢ , ܠܡܕܘܢܐ vel in plurali ܠܡܕܘܢܐ ܠܡܕܘܢܐ (coagulatio mellis). Haud scio an iam apud LXX interpretes, pronuntiationis talis vestigium sit in voce *σισόη* Lev. 19, 27, quam Suidas *πλεξιδιον* interpretatur, certe quod vulgo conferunt hebraicum חִצְצָא terminationem Aramaicam induisse censendum foret. Ut autem hoc omittatur, non desunt tamen vestigia qualia omnino hac in re proferri possunt, unde verisimile fiat, iam a saeculo primo inde vocalem longam priscis Aramaeis per A prolatam etiam sono obscuriore per O pronuntiatam fuisse, cui mori si certus locus ibi adsignandus est non aptior dici potuerit quam ille ubi mox unice obtinuisse apparet: Syria quae proprie ita nominatur; ita ut regiones meridiem versus adiacentes et in Palaestina quidem certe Judaea in vocali illa effe-
renda discessisse videantur.

2. Paulo alia ratio est discriminis quod intra fines vocalium J et U apparet; id huc fere redit, quod in libris nostris chaldaicis vocalis quae dicitur auxiliaris plerumque est ܝ , in syriacis vero constanter ܘ ; et quod in illis legitur ܝ aut ܘ vocibus flectendis adhibitum, in his constanter per ܘ (a quo ܘ non diversum scribitur) expressum esse videtur. Unde quod chald. pronuntiat *riglîn* (pedes), *ithq'tel*, *tiqtol*, *cahenchôn* (sacerdos vester), syr. legitur *reglîn*, *ethq'tel*, *teqtul*, *cohenchûn*. Quod nuper ²⁰⁾ prolatum est, ut hoc discrimen tanquam fictum declaretur, id certe non ab omni

Bereschith rabba sect. 48. Coagulationem autem pro placenta dici potuisse efficitur comparatis verbis rabb. ܢܦܩܝܢ (coagulatio) et ܢܦܩܦܢ (pulmentum crassum et condensatum ex farina) quae sistit Buxt. in Lexico; et syriacis ܦܘܥܐ et ܦܘܥܐܐ (placenta). —

20) Fürst l. l. p. 7. „beide Vocale spielen im Aramäischen in einander (daher ܦܘܥܦܐ n. ܦܘܥܦܐܐ) und im Syrischen selbst, wo doch ܘ immer für i stehen soll, ist 1) immer i für e bei Aufnahme griechischer Wörter; etc.

parte verum videtur. Vocales *e* et *i* non certis quidem limitibus prorsus disiunctae sunt in Aramaico sermone; sed id ne de hebraico quidem asseverari potest ubi v. c. qivvîthi et qivvêthi dicere licuit, nec quod exemplum Fürstius ex chald. sermone attulit *inasch* juxta *enasch* (homo) dici tutum est, quia ut infra probabitur א in libris etiam ad א indicandum adhibebatur, in hoc verbo autem primam vocalem brevissimam fuisse inde sequitur quod abiici quoque potuit ut solum *nasch* remaneret. Nec, quod idem voluit, א apud Syros idem quod ע esse, inde probatur quod hi Graecorum η per i expresserint, hoc enim quatenus vere factum est ²¹⁾ ex sono graeco ipso qualem audiebant, satis explicatur; nec magis inde quod qui primi punctis usi sunt, eodem puncto infra lineam posito utramque vocalem significare solebant, eodem enim et u vocalem exprimebant; aut inde quod nominum significatione et natura sua conveniunt, hac enim in omnibus linguis licet communi i tamen ut obscurior sonus ab e vocali ut clariore distinguitur. Res potius ita se habere videtur. Quod Syri iuxta nostros libros in syllaba natura aut tono producta eaque aperta non ε sed tantum i tolerabant neque ε sed tantum u scribebant — aliter atque chaldaici libri, in quibus plerumque mos hebraicus servatus est — id si vocales longae spectantur non ex arbitrio eorum qui puncta appinxerunt, sed ex diverso vereque olim usitato pronuntiandi modo explicandum esse videtur, cum obscuriorem eum apud Syros fuisse jam in ditione A vocalis pro certo tempore statuendum sit; satis constanter etiam in quibusdam nominibus chaldaice ε scribitur pro Syrorum א, ut in *rêsch* (caput), sogê vel

21) Ut *eskimo* = *σχιμα* et multa; sed sequente gemina consonante *e* scribunt ut *lestjo* = *λεῖθη* Matth. 27, 38, pro graeca vocali autem *e* non i sed e ponere solent, ut *evangeliûn* = *εὐαγγέλιον*, *tetrargo* = *τετραράργης*.

sugê (multitudo), *pêrê* (fructus); atque ô in pron. suffixis 3 et. 2 pl. Accedit quod testimonia quaedam sunt, vocalem ê chaldaicam in Palaestina in nominum terminatione auditam esse et ô, ubi nunc Syriace est û: *γέννα* enim compositum est ex *gê* (vallis) et nomine *Hennân* abiecto n, syriace vero sonat *gî-hennon* vel *gihannon*; et pro ô vocali; *γειωρ-ες* (proselyti) ²²⁾ i. e. ch. *gîôr*, syr. *giûr*; *μαμωνᾶς*.

Sed in brevibus vocalibus omnino concedendum est nullum pronuntiationis discrimen revera obtinuisse ante Masorethas; nam in syllabis compositis vocalis quae nunc scribitur **î**, si ex **a** orta est manet **a**, sin mere auxiliaris est sonat **e** prorsus perinde Syris et Palaestinensibus, quomodo ex aramaicis vocibus graece aut latine scriptis apparet ²³⁾. Exemplo esse possunt nomina Josephi: *Παββαθά*, *Θαμναθά* et LXX *Σαμψά* (Esr. Simsai); *Ἰδδώ* (Masorethis Iddo); *Σεδράχ* (Mas: Sidrach). Si quae fuit discrepantia in vocali **o** in syllaba composita, ubi Palaestineses efferebant *Ioρδάνης*, *Γολγοθά*, *κορβᾶν* quae syriace *jurd'no*, *gogulto*, (*qurban*) leguntur, ea non ubivis observata est, ut in *Σαθαροβουζναί* (chald. Sch'tar bosnai) apud LXX ²⁴⁾ et *Γελβουέ* (mas: gilboa) apud Eusebium.

3. In diphthongis suis discedere Syriacus sermo videtur a Chaldaico secundum scriptionem Masoretharum, qui in fine et in initio vocum alteram vocalem per con-

22) Jes. 14, 1. LXX. — Ceterum etiam est ubi convenient de voc. ê ut in t'rên (duo) hōlên (illi). Nomen palaestinense vero *Αἰνών* (Joh. 3, 23) sive per ai sive per e prolatum differt a syriaca pronuntiatione, cum Peschito eo loco habeat î.

23) Exemplis hebraicis idem docuit *Hupfeld* in Gramm. hebr. I. p. 76.

24) Esra 5, 6. Aliquoties in fine **î** non pronuntiatum est ut in vocibus N. T. *ἄββᾶ* ubi et chaldaice non scriptum est, et in N. pr. *Σινᾶ* (Sinai mons) et *Σαμψά*, Esr. 4, 8. Ad modum hebraicum vocem ch. et syr. **ܫܬܪܐ-ܒܘܨܢܐ** prolatam *βαλτάμ* Esr. 4, 8 videas.

sonantem ei respondentem exprimere, in mediis vocibus in unam contrahere solent; unde Syrorum *g'laith, aithi* (adduxit), *jaumo* chaldaice scribitur *g'lètha, a'jthe, jòma*. Ad hoc discrimen tollendum provocatur ut a Fürstio l. l. ad pronuntiationem Judaeorum Polonorum et ad scripturam paraphrasium, ubi literis Jod et Vav saepe Aleph praepositur; sed prius quaerendum est rursus quo iure fiat, posterius diphthongum significare num voluerint qui scripserunt maxime dubitari potest, cum in terminatione — , ubi plerumque — adhibetur, apud graecos interpretes vocalis *i* modo separetur, ut in *Σα-ῤαοβουζαυά*, modo adeo sileatur ut in *Σαυρά* et *Σινά* ²⁵⁾. Nec constat sibi in eo quod Chaldaico sermone diphthongos nativas fuisse dicit, hebraico unquam fuisse negat, quia scilicet diductis longis ortae sint. Quod ex parte tantum ita est, alia enim earum pars brevibus conjunctis orta est; et hanc quidem primo tempore omnibus linguis Semiticis communem fuisse probabile est; illa qua v. c. *u* in *au* abiit, quaeri potest num apud Syros antiquitus fuerit, et num unquam in Aramaismo Palaestinesi fuerit recepta.

Apud Syros diductio illa omnino antiqua videtur, nam quod Graecis audiebatur *Ταῦρος*, sine dubio montanam regionem in universum significans, ex Syrorum adiacentium voce ῤῥ *mons* prodiit. Etiam in Phoenicum sermone iam saeculo primo p. c. diductae vocales longae reperiuntur ut apud *Dioscoridem* ²⁶⁾ *ἀσκαυά*, cuius pars posterior est *aggô*. Quamquam illum sonum in radicibus a principio fuisse non dixerim, qui in pluribus aliis linguis ²⁷⁾ non minus novitatis arguitur. —

25) Gal. 4, 25.

26) 3, 73. cf. *Gesenius* in *Mon. Phoen.* p. 386., et ubi etiam plura sunt exempla p. 435.

27) Ut in hebraica ō in Participiis et radicibus multis ex ā prodiisse constat. Similiter de linguis Japheticis docuit Böpp *Vergl.*

Sed fortasse sermo Chaldaicus utpote posteriore linguae aetate ortus apud scriptores ipsos tales sonos diductos et mixtos item habuit. Revera in paraphrasi legis Jonathanea Taurus Umanus exprimitur per טוורוס, unde quod apud eundem aliquoties duplici litera vocali scriptum legitur טוורה טוורה mons יוון (columba) לייחה (non est) היירין (boves) ²⁸⁾ sonum diphthongo certe similem proderè videtur, quamquam Masorethae non agnoverunt, qui ex אשוורק h. e. *ischaun*, alibi *ischôn* (Spatium) aschvôn reddiderunt; similiter in Targ. Prov. ²⁹⁾ legitur מוהי quod plerumque est *môche*. Nomen vici Palaestiniensis quod fontium locum significare videtur in N. T. scriptum est *Alvón* et adhuc Hieronymus chaldaicum „suspicionis“ nomen esse ait Essaita. At pauca ista exempla quae chaldaice leguntur, sunt scriptorum aut novissimae aetatis aut dictionis utique degenerantis; diphthongos graecas vero apud Palaestinenses obscurius prolatas esse aliunde perspicitur, ut si LXX promiscue scribunt *Θεραγελν* et *Θεραφιν*, denique in terminatione illa Hieronymiana — AITA anne aj'TA pronuntiatum sit dici nequit. Juxta etiam aliae voces reperiuntur ubi diductio Syriaca non est conspicua ut apud LXX *Μισάχ* ³⁰⁾ quod nomen in Peschitho est *maisoch*. Contra eae diphthongi quae ex confluentia duarum brevium vocalium ortae sunt, sive purius sive paulum indurata altera vocali consonuerint, chald. sermoni abiudicari non poterunt, cum temporis rationi remissio in pronuntians magis quam adstrictio conveniat, nec raro scriptura eas tueatur; unde in hac omni re id modo descri-

Gr. p. 4: Wenn auch im Dorischen das lange a sich behauptet hat, an Stellen wo der gewöhnliche Dialect η zeigt, so hat sich doch für ω kein Ueberrest des alten ā erhalten.“

28) quae voces leguntur Dent. 32, 49; Gen. 15, 9; Gen. 39, 9; 13, 18. Similes 2, 7. 42, 6, alibi.

29) 22, 29. Sim. 23, 30.

30) Dan. 3, 29 (95).

minis fuisse dixerim, quod chaldaice parcius vocales ductae, saepius quam apud Syros contractae, in conjunctione vero clarius altera praevalente prolatae fuerint. Paulo major differentia est

II. IN PERMUTATIONE VOCALIIUM LOCO DIVERSARUM.

Pauca sunt in quibus Aramaica lingua omnino aliter atque Hebraica flexas habet vocales, quod cum haud prorsus sine constantia acciderit, dialecti discrimen etiam in sonorum ea conversione poni solet; itaque inspicere debet, qua tenus in illa Chaldaicum idioma cum Syriaco consentiat.

1. A longum hebraicum plerumque non praeter fines suos mutatum est in aramaico sermone, sed illud **â** unde iam hebraice primo tempore **ô** factum erat ut quandoque in ipsa hebraica lingua ³¹⁾ ita potissimum in syriaca mox in **î** deflexit. Velut *rôsch* (caput) *dôr* (habitatio) *côs* (crumena); vel *rachôq* (remotus), *qarôb* (propinquus), *bcôr* (primogenitus) sunt syriace *rîsch*, *dîr*, *cîs*, *rachîq*, *qarîb* etc. Idioma chald. non solum **ê** juxta **î** in his formis habet, quod eandem vim habet, sed etiam **ô** hebraico more saepe retinuit, ut in *qarôb* ³²⁾ aliisque adiectivis atque in verbis intransitivis *l'côl* (orbis fuit) *d'môc* (dormivit), *charôb* (siccus fuit), ubi syriace semper est **ê**; aliquando etiam **î** posuit ubi syriace non est, ut in *tîr* (taurus) et *nîmos* (lex) syr. *nomus*.

A breve hebr. redditur aramaice plerumque per e potissimum in formis segolatis quae dicuntur; qua norma

31) Ut ex *so* (hic) factum est *sé*, ex *chôq* (sinus) *chêq*, ex *rôsch* (caput) *rêschîth* (initium).

32) Juxta *qarîb*, ut et *charôb* (desolatum) juxta *charîb*. Simile est chald. *ch'rân* sive *ochorân* (alius) syriace *ch'rîn*.

hebr. *bahl*, *taim* (gustus), *d'basch* (mel), *zad* (latus) *tachat* (sub) fiunt syriace *beél*, *teém*, *debscho*, *zèd*, *tchéth*. Hoc loco chaldaicum idioma in eo discedit a syriaco, quod illud saepissime etiam *u* habet in his formis, velut *dubscha* (mel), *schub'á* (septem); *gubrin* (viri), *schubta* (tribus, baculus), *t'choth* (sub), quae apud Syros sunt *debscho*, *schab'ó*, *qabrin*, *schabto* et plerumque *t'chèth*; aut *a* retinuit ut in *t'zad* (juxta), *gab* (latus, prope) ubi Syri *e* habent. Ex illo more chaldaice constanter etiam *úlemtha* (virgo) et *úlema* scribitur pro syriaco *álimtho* et *álimo*. Similiter in formis segolatis etiam vocales *e* et *o* Hebraeorum — sive ex *a* vocali oriundae sint, sive minus — syriace quidem plerumque per *e*, chaldaice vero saepius per *o* vel *u* redduntur, cuius rei exempla suo loco ponentur. Etenim licet in Arabica lingua idem saepe vocabulum omnes illas tres principales vocales percurrat, id tamen ibi plerumque et significationis quoddam discrimen affert, in chaldaico vero sermone sonus obscurior notione vocis non mutata praelatus esse videtur in istis formis. Id quod in radicibus plurium quam trium literarum aliter conspicitur. Formae enim QATLAL apud Syros plerumque *u* in syllaba priore habent, ubi chald. *a* remansit; sic *par'ós* (pulex) *sarhaba* (festinatio), *parnasa* (alimentum) *Schaphnina* (turtur) syriace sunt: *puríono*, *surhoba*, *purnoso*, *schuphnino*.

2. Hebraicum I longum plerumque in utroque idiomate Aramaico mansit, nisi quod in fine adjectivorum hic constantius ai reperitur. Jam Hebraeis illud **î** quod nominibus fingendis radici inseri solebat, eodem fere loco quo **ú** habebatur, syriace vero pro forma hebraica QATIL saepissime (*q'tolo*) *qutolo* et *qutlo* dictum est, chaldaice etiam hebraica forma retenta a Syriasmis disceditur³³). Sic hebraicae voces *zair* (parvus), *ábida*

33) Utrumque idioma **ú** pro hebr. **î** habet in: *ábuhí*, *áchuhí*

(opus) *n'tîpha* (proprie gutta) syriace sunt *s'âr*, *âbôdô*, *n'topho*, chaldaice vero *s'êr ôbada* (juxta *âbîda*), *n'tupha*, quod quamquam non ubique cernitur tamen Chaldaei aliis plerumque ac Syri vocalibus utuntur, ut syr. *g'bitho* (caseus) ch. est *gubna*; syr. vero *burc'tho* (benedictio) *johubutho* (largitio), ch: *birc'tha*, *j'habêth*. Ubi in nominibus potissimum segolatis Hebraeis est *e* et *é*, ibi aramaice plerumque est *o*, quae permutatio apud Chaldaeos multo frequentior est, quam apud Syros. Utrisque dicitur: *rugsa* (ira), *schumna* (pinguedo), *b'ruc* syr., *r'cub* ch., (genu), *pum* (os); sed chald. etiam *schum* (nomen), *tol* (umbra), *busma* (aroma), *chulqa* (pars), *cholaph* (pro), *gôba* (locusta), *schalhotat* (flamma), ubi hebraice et syriace est *e*. In fine nominum nisi paucorum a verbis *û* descendentiis *ê* Syris non toleratur, cuius loco *â* — ut in *arjô* (leo) substituitur.

3. Longe constantius loco hebraici *U* longi cum ubi in radice tum ubi in formatione adhibitum fuit, syriace est *û*, ut in participio passivo et nominibus inde derivatis. In sermone chaldaico promiscue etiam *û* vocalis retenta est, ut in *nûma* (ch.), *nûma* (ch. et syr.) (sonus), *ûl* et *îl* (infans), *sch'chîm* et *schchûm* (niger), saepe modo ea vocalis adhibita est, quae apud Syros non erat: ut *nûcha* ch. (quies), syr. *naucho*; *n'hora* (lux.) syr. *n'hiro*; *taphnûqîn* (deliciae), syr. *taphnûgo*. — Quod hebraicum *û* in pronomibus *anacknu* et *-nu* aramaicae vocali *a* respondet, eius similis ratio est in formis nominum quibusdam a secunda conjugatione descendentiis, ubi pro forma hebraica *QATOL* et *QATUL* (de coloribus potissimum dicta) aramaice usitata est forma *qutâl* (*qutôl*) et pro forma *QITTUL* plerumque *q'tôlô* vel *qutôlô*. Circa has formas dictio chald. a syriaca eo differt, quod *a* juxta formam syri-

(pater, frater eius); frequentius etiam *u* in nominum terminationibus, ut *revu* (visio).

acam *qutāl*, chald. etiam hebraica forma servata est, ut in nominibus: *ragōl* (variegatum), *namōr* (sparsum, hebr. talū) *ragō^o* (maculosum), syriacum idioma hanc formam non frequentat sed aliquoties praeter formam *qutāl* etiam *qaitāl* habet, ut *paīsoco* (variegatum) — b) Forma QITTUL Syri abstinent, Chaldaei frequentissime utuntur, ita pro chald. *pittula* (perversitas), *iqqum* (id.), *chippāi* (tegumentum), *pinnūq* (oblectatio) syr. dicitur: *p'thiluth*, *āqimuth*, *chupōjo*, *punōqō*.

O breve in formis segolatis plerumque et hic et ibi remansit, aliquoties tamen dictio chald. ab usu syriaco recedit, ut pro syr. *sch'buch* (laus) ch. est *sch'bach*, pro syr. *g'schum* (corpus) in prioribus Targg. semper *geschem*, contra pro syr. *edno* (auris) chald. semper *udna* dicebatur, sonō hebraico retento.

O longum Hebraeorum in secunda conjugatione apud Chaldaeos remansit: apud Syros eius loco saepius est ai vel i, ut in vocibus chald. *sōbhar* (tulit), *schōphar* (tuba), *schūsč'la* (catena), et aperte: *ziz'la* (cymbalum), *galgal* (rota), quae syriace saepius sunt: *saiḥhar*, *schaiphur*, *schūsč'lo*, *ziz'lo*, *giglo*.

Igitur in universum quidem vocalium ratio apud Syros et apud Chaldaeos etiam uti in libris nostris habetur eadem est, ita tamen in singulis quibusdam discesserunt, ut Chaldaei juxta syriacas vocales principales etiam Hebraeas in cuius locum successerant, retinuerint, ubi has vero non sequuntur, in nominibus monosyllabis obscuras praetulerint, in longioribus vocibus certe ordine vocalium inverso a syriaca dicendi consuetudine recesserint.

III. PERMUTATIO CONSONANTIUM.

Inter eas literas quibus aliter prolatis Chaldaicus sermo tanquam dialectus ab Hebraico distinguitur, *Buxtorfius* quidem ante lexicon suum, ubi paucis ex-

emplis ea de re agit, etiam tales ejusdem ordinis literas retulit, quae sola soni intensione diversae sunt et intra eandem quoque dialectum saepissime commutantur. Naturam aramaicae linguae potius illae consonantes ostendent, quae licet eadem fere oris regione natae tantopere tamen sejungi consueverint ut plerumque significationis quoque aliquam differentiam afferrent; praecipue vero eae quae alterutro momento — cum duobus singulae efficiantur — cessante, etiam soni maiorem diversitatem aliquam nactae et in lingua Arabica signis³⁴⁾ distinctae sunt. De harum permutatione prolixè *Schultensius* in clave dialectorum disputavit, ubi quidem literas singulas arabicas cum hebraeis confert, nonnulla tamen etiam de syriacis et chaldaicis adpersit. Quaeritur hoc loco, utrum illa duo aramaicae linguae idiomata iisdem semper consonantium mutationibus ab hebraica et arabica differant, an aliquibus inter se quoque distinguantur. Qua de re quae *Aurivillius* adnotavit³⁵⁾ haud magnam quidem differentiam sistunt, at enim vero cum quinque vocabulis inter se collatis contineantur, non sufficiunt.

1. Hic primum *spiritus* ratio habenda est, quippe qui ad pronuntiationem pertineat arctoque vinculo cum sibilo conjunctus sit, quo praecipue in literis dentalibus aut admisso aut neglecto Semiticae linguae distinguuntur.

Duplex potissimum eius est usus: in describenda actionum causa et intentione atque in efficiendo qualicumque demonstrationis genere. Atque a) in pronomine quidem qui mos apud Hebraeos conspicitur fortioris spiritus adhibendi, ubi ad tertiam quandam personam quam ubi ad propriam aut quam quis alloquitur respiciatur, in universum et apud Syros et apud Chaldaeos per-

34) Lugd. 1733 post Erpen. rudimenta linguae Arab.

35) In diss. supra dicta p. 111.

mansit, nisi quod in 3 pl. utrisque etiam minus aspiratae formae Chaldaeis promiscue, Syris usu paulisper distinctae ³⁶⁾ increbuerunt, quas illis etiam duplici augmento demonstrativo — אַ et הַ intendere licuit, quo Syri excepto vestigio in אַחַ (haec) omnino carent, loco eius duo pronomina conjungentes. In reliquis particulis inde descendentibus Syri quidem spiritu leni utuntur indicando relativo אֲמַר (sicut), אֲמַדְבֹּ (quemadmodum), et interrogationi; forti autem ad demonstrationem ingerendam אֲכַל (sic) אֲכַל (similiter), quam ad normam *ecce* et *tunc* iisdem semper est אַחַ et אַחַחַ, quae chaldaice constanter אַרַי, אַרַי, et אַרַיִן leguntur, cum discrimen simile hic non sit servatum. — b) In conjugationibus aequali augmento formatis notum est Syros perpaucis verbis exceptis semper fortis Hebraeorum halitus loco lenem habere, Chaldaeos scriptores plerumque; inter quos Danielem et Esram nemo est quin viderit potissimum amasse fortiorem aspirandi modum Hebraicum. At quod vulgo affirmatur minus frequentem eius usum in paraphrasibus esse ³⁷⁾, et in Chaldaismo biblico interdum vel saepe ³⁸⁾ etiam Haphel et Hithpeal, -paal juxta Aphel et Ithpeal legi, aliter describendum erit uti pro parte iam alibi ³⁹⁾ fieri coepit. In antiquissimis enim chald. reliquiis formae istae aspiratae, id quod simplici computatione potest effici, principatum tenent, alterae quae ad Syriasmum acce-

36) Hoffmann gr. syr. p. 155 et sqq.

37) ut *Kirms* descriptio et censura de Danielis libro opinionum Jen. 1828 p. 25 eos Hebraismos Danieli et Esrae peculiare esse dicit.

38) *Eichhorn* in introductione P. II. p. 23. 44. *Winer* Gr. p. 36.: Im bibl. Chald. erscheint als Praeform. zuweilen הַ. — *Mich.* Gramm. ch. p. 24. 25. *Buxt.* Gramm. p. 86: „saepius“.

39) *Tholuck.* Litt. Anzeiger 1835. Ter enim in chald. bibl. Aphel, et plus septuagies Haphel legitur.



dunt, exceptionis locum produnt. Ratio quidem fere inversa est apud Onkelosum et prophetarum paraphrasten ⁴⁰⁾, sed apud reliquos omnes praeter interpretem Proverbiorum formae illae ad Hebraismum redeuntes tam frequentes sunt ut earum admistio a notis Chaldaici idiomatis secludi nequeat ⁴¹⁾.

In radicibus vero ipsis vocabulorum Syri strenue σ scripserunt, ubi chaldaice saepius \aleph ponebatur ut $\sigma\text{פּ}$, his etiam $\aleph\text{פּ}$; \aleph apud hos inde $\sigma\text{בּל}$; atque vel invito ceterorum Semitarum more protulerunt ut in $\sigma\text{בּב} = \aleph\text{בּב}$.

2. In consonantium solidarum permutatione primum id discriminis adnotandum est quod est in vicissitudine inter literas diverso quidem sed affini tamen oris loco et instrumento productas. Qua in re cum labiales quae dicuntur extremo oris limite simpliciter contineantur ab his ad alias nisi fortuitus transitus esse non potest. Tanto promptior Semitis est declinatio ex gutturalibus propriis ad palatinas atque e lingualibus ad dentales literas, in qua plerumque tales quae soni intensione aequales sint, sibi invicem cedunt. Priorum ordinum permutatio, qua soni dignitate pares alternant, quatenus huc pertineret, ut σ et τ ; π et κ , non frequentior in aramaico quam in hebr. sermone est neque ubi discernendum est inter illius idiomata, momentum habet; omnino vero saepius etiam eodem iure diversae radices statui possunt ut quod Chaldaeis הַיֵּק

40) Praeter הַיֵּק (credere) reperitur הַיֵּק etc. Gen. 41, 39, Ex. 18, 20. 33, 13. Deut. 4, 9. 16, 5. 1 Sam. 6, 9. 14, 12.

41) Apud Ps. Jon. v. c. הַיֵּק Gen. 19, 12. 24, 53. 38, 24. 40, 14. Ex. 6, 26. 12, 17. 16, 3. Num. 17, 9. 19, 3. 20, 8. הַיֵּק Ex. 38, 6. 25. 14, Gen. 19, 20. Num. 20, 12. הַיֵּק (adduxit) Ex. 35, 21. Num. 15, 25. הַיֵּק Ps. 1, 6. 9, 6. 142, 5. 149, 92. 146, 4. Job. 4, 7. 11, 18. 20, 18. 17. Esth. 3, 13. 4, 7. 9, 24. 1 Chr. 1, 44.

(ridere) juxta גַּחַךְ (pro עַחַךְ) frequentatur. ⁴²⁾ Praeterea vero gutturales in aramaica lingua partim in solos halitus partim in nasalem aut stridentem sonum transeunt, id quod saepius plerumque apud Syros fit, ubi v. c. vocibus hebr. et chaldaicis גַּחַךְ שַׁחַח (שאחה) respondent syr. ܘܫܚܚܫܫ; pro nexu inter ע et ַ i. e. ng intercedente afferri poterit ܘܫܚܚܫܫ (cecidit, jacuit in latere), cui respondet ܘܫܚܚܫܫ (recubuit in latere, nam ܘܫ = hebr. ַ = syr. ܘܫ; pro vicissitudine inter ע et ַ, quamquam etiam Hebraeis non inaudita: ܘܫܚܚܫܫ et ܘܫܚܚܫܫ, quae mutationes apud Chald. minus reperiuntur. — Sed constantior mutatio accidit inter alteras quas dixi literarum classes, linguales et dentales, si omnino mutatio dici potest quod Syri linguales non pro dentalibus posuerunt sed sine sibilo Arabibus et Hebraeis in certis vocibus usitato protulerunt, ita ut loco literarum lingualium ܘܫ, ܘܫ, ܘܫ quas Hebraei per ַ, ַ, ַ exprimebant singulatim ַ, ַ et ַ restituerent v. c. in ܘܫܚܚܫܫ, ܘܫܚܚܫܫ, ܘܫܚܚܫܫ, hebr. ܘܫܚܚܫܫ, ܘܫܚܚܫܫ, ܘܫܚܚܫܫ, quae syr. sunt ܘܫܚܚܫܫ, ܘܫܚܚܫܫ, ܘܫܚܚܫܫ. Chaldaei scriptores hoc quidem sequuntur sed hebraicam pronuntiationem aut juxta syriacam retinuerunt ut in ܘܫܚܚܫܫ (obstupuit) et ܘܫܚܚܫܫ (id.) quae Syri reddunt per ܘܫܚܚܫܫ ⁴³⁾, ܘܫܚܚܫܫ (consilium), ܘܫܚܚܫܫ (calcavit),

42) Recte vero ܘܫ pro ַ ibi positum dicere licet, quia respondet vox Arabica per ܘܫ incipiens. Similiter syriaca vox ܘܫ ch. est ܘܫܚܚܫܫ; ܘܫܚܚܫܫ et ܘܫܚܚܫܫ (gradatio). Affinitas sonorum ַ et ַ etiam his vocibus comparatis apparet: ܘܫܚܚܫܫ (litigavit) ܘܫܚܚܫܫ idem, ܘܫܚܚܫܫ (de sole occumbente) et ܘܫܚܚܫܫ (abscondidit), ܘܫܚܚܫܫ (nevit) rabb: ܘܫܚܚܫܫ; rabb: ܘܫܚܚܫܫ (cornu petiit) et ܘܫܚܚܫܫ.

43) Ita et contulerim ch. ܘܫܚܚܫܫ (connexuit) et syr. ܘܫܚܚܫܫ

aut omnino non commutarunt ut in הזור (circa) syr. **ܙܘܪܐ**. Similis ratio est in illo **ܙܘܪܐ** quod Aramaeis ex sono Arabum **ص**, Hebr. item **צ**, remanere solebat, ubi chald. etiam ex more Hebr. saepe ut unum ex multis dicam **ܙܘܪܐ** juxta **ܘܪܥܐ** dicebatur, vel ch. **ܙܘܪܐ**, syr: **ܙܘܪܐ**, **ܙܘܪܐ** (fermentum, tropice **ܙܘܪܐ** acidus asper fuit, unde Proverbiorum paraphr. petiit). — Praeter hunc naturalem et alibi quoque ut imprimis in lingua graeca conspicuum sonorum **S** et **G** transitum, est etiam inter linguales quasdam et palatinas apud Aramaeos similis violentior trajectio ut graecum **τις** in Latio **QVis** reddebatur; hoc discrimine, ut in libris chald. utpote tam diversis uterque sonus (**t** et **q**, **c**) reperiri, apud Syros **q** (litera palatina) potius accepta fuisse videatur. Etenim quod exempli loco proferri solet syriacum **ܙܘܪܐ** (zelo-typus fuit) quod et ch. dicitur, significatu quidem hebr., et ch. **קנא** respondet, sed sequi videtur ar. **ظن** (VIII. suspectum habuit); poterunt tamen haec comparari: syr. **ܙܘܪܐ** cum chald. **ܙܘܪܐ** (arca hebr. **חבה**, syr. **ܙܘܪܐ** abscondidit) quod et chald. est, cum chald. et hebr. **ܙܘܪܐ**, et quod apud Syros non est, hebr. **כבה** (exstinxit) cum chald. **ܙܘܪܐ**, quod pro illo poni solet.

3. Ad idiomatis naturam etiam permutatio literarum ejusdem ordinis certe earum pertinebit quae vi soni maxime distare putentur. Neque enim mirum aut praeter aramaicam linguam minus obvium est, quod potissimum penes palatinas est, proximas quasque inter se commutari; unde hae quidem vicissitudines hoc loco non commemorabuntur, quamquam apud Chaldaeos prae

(sermocinatio); **ܙܘܪܐ** juxta **ܙܘܪܐ** quamquam paulo diversa radice. iuxta **ܙܘܪܐ** perperam etiam **ܙܘܪܐ** dixerunt Chaldaei, cum respondens arab. verbum **ܙܘܪܐ**; incipiat. — Ad permutationem **ܙ** et **ק** literarum conferre licet etiam **ܙܘܪܐ** et **ܙܘܪܐ**, **ܙܘܪܐ** et **ܙܘܪܐ**.

ceteris frequentes sunt, ubi idem verbum **גִּנְמַץ** etiam **כִּינְמַץ** et **קִינְמַץ** scribitur. Verum quae literae primi et tertii loci inter se non sine constantia aliqua permuantur, ut inter gutturales **ע** et **ק**, eae hic dicendae sunt, comparato, si quid est discriminis, Chald. et Syriaco usu. a) Ex *gutturalibus* pro **ק** Hebr. saepius **ע** secundum Arabicam quandam radicem vel omnino ex antiquo tempore servatum est, qua in re Chaldaei plerumque usu discedunt ad Hebr.; utrisque commune est **ע** in voce **עֵרַע** ch. (obviam ivit): syr: **ܥܝܪܥ** cui ex parte tantum hebr. **קָרַה** convenit, respondet enim ar. **عَرَص**; sed syr: **ܥܝܢ** (apprehendit) cum hebr. voce magis convenit nec notione est aliena; praeterea Syris ex ar. more mansit **ܥܢܝܢ** (suffitus) pro hebr. **קָטַרַה** ch. **קַטְרַה**; aliquoties utraque forma recepta est ubi Chald. modo **ק** habent, ut in **ܥܢܝܢ**, **ܥܢܝܢ** (frigus); **ܢܦܥ**, **ܢܦܦ** (prodiit); **ܦܫܥ** (oscitavit) vic. **ܦܥܥ** (vociferatus est). Quo fortasse etiam **קָרַי** (ch. et syr. lignum) ex hebr. **עָץ** referri poterit, et quod chaldaice semel Jer. 11, 10, apud Rabb. saepe legitur **עֵרְקַה** (terra) utrumque enim **ע** = **ܥ** alias per **ע** reddi solet. Inde et hoc interpretor, quod Chald. et Syr. **ܦܥܥ** praeter accipiendi notionem etiam obscurum esse significat; haec posterior notio enim etiam deprehenditur in literis **ܦܥܦ** in **ܦܥܦܝܢ** (caligo **ܦܥܦܝܢ**) collatis **ܦܥܦܝܢ** (baculus) et **ܦܥܦܝܢ** — nec minus in **ܦܥܦܝܢ**; **ܦܥܦܝܢ** similiter ut cum exigua notionis differentia **ܦܥܦܝܢ** (aegrotavit) comparandum esse videtur cum **ܦܥܦܝܢ** (laboravit)⁴⁴ et cum hebr. **אָמַץ**. Etiam pro **ה** Syri **ק** habent in **ܦܥܦܝܢ** (incubuit, fovit) = **ܦܥܦܝܢ** chald., ubi si ex hebraico **ה** (**ܦܥܦܝܢ**) conclusio fiat, sonus **ה** est primitivus.

44) Notione conveniunt etiam **ܦܥܦܝܢ** (duplicavit) et **ܦܥܦܝܢ**. Verum et **ܦܥܦܝܢ** (mulctavit) Buxtorfius fil. confert cum hebr. **עָנַשׁ**.

Syrorum igitur ק haud scio an ipsum imo gutture pronuntiatum raucum istum sonum quem propriae gutturales habebant, praecipue obtinuerit; apud Chaldaeos vero ut altius elatum ita palatarum potius loco habitum fuerit, cum quibus saepissime confunditur ⁴⁵). — b) Inter *linguales* Syris frequentatur sonus fortissimus ט, quod ponunt in hebr. et chald. דָּבַח (obtrectatio), דָּבַח (erravit) et in ar. حنم, حنم murmuratio, ubi chald. modo טעא usitatum est, neque vero ut Syris etiam טעא, טעא (servus), טעא. Praetulerunt Chaldaei sonum leniorem aliquoties et ubi ט necessarium erat, ut in אדבעא (digitus) פודעא (vulnus) ⁴⁶). Maior licentia, uti uberior sonorum copia erat, in *dentalibus* deprehenditur. Primum ut jam in sequiore Hebraismo molliores formae ut זקק (clamavit) שוקק (risit) praeferuntur, ita Judaei chaldaici voces certe cum illo communes debilius et commodius proferre solent, quamquam est ubi hebraicos sonos strenue secuti sint ut in צדיק (justus), syr. per ז: Hebraicum בצע (fidit) a Syris retentum Chald. fere semper בזע scripserunt; צעיר (parvus) utrisque est sono lenitum; זעיר et זעיר, pro זעיר (vestibulum) chald. posuerunt עזרא, et quod iidem soli habent נזק (damno affici) convenire videtur cum ar. نقص. Sono fortiore magis Syros quam Chaldaeos delectatos esse inde conicias quod illis radices eo insignes plures sunt quam alibi, ut חן (exploravit, ch. בקר), חן, (rediit, congruit) חן (auscultavit, חן, חן (foedavit) חן (foeditas), חן, חן (fecit), חן (infudit, congr. hebr.

45) Ut זקק ch. quod Syr. est חן (fulsit); חן (amputavit) et hebr. גרה; חן (percussit) hebr. חן; חן et חן (miscuit); חן (ligavit) ch. et חן (plexuit); חן (Targ. H. hebetem reddi) חן.

46) Auctore Buxt. in Lex. p. 1707.

et chald. נזל fluxit), מַגֵּפִי (testa, hebr. et ch. חסה)
 מַגֵּפִי et מַגֵּפִי (mane) ⁴⁷⁾. Modo in hoc ultimo vocabulo
 conveniunt Chaldaei, quibus שַׁפְּרַפְּרָא est aurora et צַפְּרָא
 mane, uti juxta hebr. et syr. צַר (latus) aliquoties צַרָּא
 dicitur; sed is lapsus frequentior demum fit apud pos-
 teriores ut Pseudojonathanem, qui pro סַטַר (latus) et
 שְׁלַחָא (fulsit) etiam צַטַר et צַלְחָא scripsit ⁴⁸⁾. Quae
 cum ita sint vix quidquam hoc loco de certa consuetu-
 dine et inclinatione affirmare ausim, nisi hoc fortasse
 dici potuerit, Syros priscos sonum fortiolem adamasse,
 Chaldaeos non item. — c) *Labiales* aspiratae quidem
 ubique commiscuntur neque alibi inauditum est easdem
 vel in sono cedere, ut in hebraico בַּרְיָא (saginat) et
 מַרְיָא. Frequentior hic transitus in aramaica lingua est
 et ita quidem ut plerumque apud Chaldaeos מ sit, ubi
 apud Syros et veteres Semitas omnino ב habetur; quod
 probari potest collatis Syrorum vocibus: אַבַּ (tempus)
 אַבַּ (evasit, unde in Trg. Prov.) אַבַּ (mersus est)
 אַבַּ (collegit, n. pugnus) אַבַּ (fricuit) אַבַּ (in pul-
 verem redegit) אַבַּ (immorari) אַבַּ (latuit אַבַּ abs-
 condidit) cum Chaldaicis אַבַּ זַמַּן (etiam hebr. et
 rabb.), אַבַּ מַלְטָא (etiam hebr. et rabb.), אַבַּ קַמְץ (collegit, hebr. אַבַּ קַמְץ pugnus), אַבַּ מַרְקָא
 (terisit, defricuit) אַבַּ מַכְרָא (conteri cf. מַכְרָא), אַבַּ הַחֲמַמְתָּא (hebr.
 cunctatus est) אַבַּ כַּמְךָ (ch. et syr. latuit), uti apud eosdem
 Syros אַבַּ אַבַּ (fossa) et אַבַּ אַבַּ dicebatur.

Recenti igitur tempore consonantium soni debilio-
 res facti sunt, et magis quidem apud Chaldaeos quam

47) Huc etiam referendum אַבַּ (divinavit) ch. et hebr. אַבַּ;
 אַבַּ et אַבַּ (Seraphim) אַבַּ (lepidium) אַבַּ (fricuit) אַבַּ;
 אַבַּ (talus) pro chald. אַבַּ קַרְסוּלִין Chaldaei con-
 tra pro אַבַּ habent אַבַּ etiam in אַבַּ מַרְמִיזָא (pugnus).

48) Deut. 31, 26. Nisi lapsus est typographorum aut scribarum.

apud Syros, qui consonantes quoque pressius et durius pronuntiassent videntur. A Chaldaeis vero, sonos Hebraeorum magis retinentibus nec sibilum neque halitum initialem tam strenue vitatum invenias, imo admissum aliquoties ubi ne Hebraei quidem eo utebantur ⁴⁹⁾. Quantopere autem molles etiamsi stridentes sonos quam duros juxta habere maluerint, etiam inde percipitur quomodo versati sunt

IV. IN SYLLABIS QUAE DAGES- SANDAE ERANT.

Convenit ubi aut notio verbi cuiusdam intenditur aut soni debilioris ante durum in aliqua voce jactura fit, ut syllaba id patiens geminatione finalis suae consonantis efferatur, id quod in libris syriacis etsi raro signo indicatum sit, tamen admissum non esse haud recte statui *Hoffmannus* ⁵⁰⁾ argumentis firmavit.

Utrumque idioma vero geminationem illam aut ubi necessaria erat praeposita litera liquida extensave vocali comprehensavit, aut litera debili non elisa omnino non effecit: sed frequentior aut rarior usus alterius utrius modi haud exiguum discrimen constituere videtur.

1. Quo intendatur syllaba prior radicum nominalium et verbalium in secunda conjugatione, Chaldaeis multo saepius quam Syris ר inseritur; quod in sequiore Hebraismo in vocibus שררית (baculus, tribus) et דרמשק ⁵¹⁾ iam emergit et apud Rabbinos ut jam in Talmude magis etiam fit tritum. Eo pertinent plura exempla ad Chaldaismum a Fürstio ⁵²⁾ relata, velut קרדם (abscindere)

49) Ita דרע irrepsit pro זרע (semen). Dixerunt vero cum sibilo זרע, זרעה, זרעה pro hebr. et Syr. ד.

50) Gram. syr. §. 17.

51) Utrumque etiam chald. legitur, uti etiam quod 1 Chron. 15, 27. in hebr. est מכרבב (indutus) simile sibi habet Chald. כרבבל Dan. 3, 21; atque ברסם (depavit) ch. קרסם.

52) Gr. p. 60 et p. 129.

קרזל (conterere) קרטס (defricare) קרטף (funda) unde tamen id apparet, Judaeos recentiores semper eo inclinasse. Apud paraphrastas leguntur praeter שרביט דרמשק et כרבל (thronus) haec quae etiam syriaca sunt: ערגל volvit מערקל (celer) פרנס (cibavit, gubernavit) ⁵³ ערטל (nudus), et quae peculiaria videntur כרדם (strangulavit) שרנק (tribulus) קרצוב (sindon) כרדם ⁵⁴ (fregit) פונק (delectavit) פונק ⁵⁵ (pugnus) כורמיו (addi possunt haec: כרדום (placenta) quamquam unde explicari possit non vidi, מרטום (pallium) ⁵⁶ שרכפא (nidus) prob. a שכב, cubile; ברזג (copulavit) quod a radice quadam בוג (coniunxit, complicit) duci possit unde est בוגא (fasciculus, funis) ⁵⁷). Talia quidem apud Syros non omnino desunt, sed exempla quae sisti hic possint si non ex saeculo XIII demum prolata sunt ⁵⁸), ad tales voces fere redeunt in quibus ע medium est, quod cum gulae rasura prolatum sonum ר facillime secum adduxit, cui etiam cessit aliquoties ut in נפנני (fermentatum) pro נפני. Hi potius paulo saepius literam ל inserunt ut in מלכסמול (olla), cui nulla radix

53) Quamquam de hoc verbo dubitatio oritur anne cum פנס non sit Semitica radix, a פרס descendat.

54) Hoffm. Gr. p. 186 ducit a אפסל (absceidit) similis radix etiam est גרם.

55) Cuius originem a כמז recte vindicavit Fürst l. l. p. 60.

56) Hoc enim a radice quadam מנט i. q. hebr. מדר (extendit) unde מדר (vestis) descendit, esse derivandum mihi dubium non

est, cum arabice מט (extendit) usitatum sit.

57) Juxta emendationem Buxtorffii, in libris enim est duobus illis locis ubi apud Jonathanem legis paraphrasten occurrit כרזג scribitur. Buxtorffius pro composito habet, ut sit tanquam par jugi (זוג), quod durius videtur.

58) Ex scriptis Barhebraei cf. Hoffm. l. l. p. 186. v. c. גול et גול. Ar. غول (nevit).

propior inveniri potest quam שפה (fudit) et syr. פגנל (patina); פסלגנל (princeps), prob. = *pardom* (pehlvi) unde פרחמים; פסלגל (pondus): פלמפל (convolvulus? Cast.) ex כמפל, unde et Arabibus balsamum dictum est; posuerunt iidem in radicibus ׀ ubi chaldaice est ׀, quod non semper in similibus radicibus illi juxta habent, ut in פלוסג (dissipavit) quod ex פלד = פלד ortum videtur; פלפיר, ספיר (sapphirus); פלפל (bivium) a פלפל (aperuit) cui in Chald. non est vicinum nisi פלפל. Aliter quoque ׀ ab iis vitatum deprehenditur ut in פלפל (ortus est) pro זרח; פלפל (femur) pro chald. חרצא (hebr. חלצים); פלפל (cucurrit) aequale פלפל; פלפל (filia) pro chald. ברהא quamquam hoc et פלפל scribitur. Unde recte hoc statui videtur, Syros minus pronos fuisse ad sonum stridentem, minus etiam ad eius insinuationem, quam Chaldaeos scriptores.

2. Similis ratio est in usu literarum ׀ et ׀, si praeter radicis naturam ad syllabam intendendam adhibentur. Primum quod dicitur *n* epentheticum ante pronomina verbo suffixa apud Syros raro⁵⁹⁾, apud Chaldaeos raro non usurpatum est. Deinde quod in nominibus Syriacis commemoratur, aut non epentheticum est sed nativum ut in פלפל (femina) פלפל (tu); aut admodum paucis exemplis apud Syros continetur, ubi similiter sileri jubent ut in פלפל (gigas) vel ad radicem quadrilateram pertinet ut in פלפל (revolutio) פלפל (volvit). Nullum tempus fuisse ubi etiam illae literae pronuntiatas non fuerint, certe de locutione popularium dici non potuerit, ut apparet ex vocabulis inde receptis *ambubajae*, *sambuca* et סמפיר, ubi peritiores, ut non

59) cf. Hoffm. l. l. p. 158.

scripserunt ita non ad illum sonum lapsos esse verisimile est, quibus addi possunt haec a *Wahlro* ^{59a}) ex lingua armenica communicata Syrorum vocabula: *andam* ⁶⁰) et *mangagh* (falx) ⁶¹); et ex lingua punica Mutumbal: *מתר בעל*. Sed Chaldaeos qui pro ratione pronuntiationis non ad stirpium naturam respicientes scribere solebant, quoties η invecum videmus toties lingua etiam expressisse, non est cur dubitemus. Id apud Onkelosum quidem raro factum est, apud omnes reliquos saepissime ut in vocibus: חינדקי (Tigris), אנבא (fructus) ⁶²); אבב ⁶⁰); חנטיק (triticum) quamquam sunt qui hoc a חנט (condivit) dictam putent ⁶¹); גנבריא (gigantes) ⁶²), סמפירינון (*σμφιρινων*) ⁶³), ינדע (cognoscet) ⁶⁴), מנטר (tegumentum, pallium) ⁶⁵), גנדר (volvit), מנדה (tributum) alibi מדה a מדר ⁶⁶), מנדעא (scientia) saepissime in paraphrasibus posterioribus adeoque in T.

59a) Gesch. der morg. Spr. p. 83.

60) Dan. 4, 9, 11. et apud Ps. Jon. Lev. 19, 24.

61) Esr. 6, 9, 7, 22 et Jon. Ex. 34, 22, 39, 2. Deut. 8, 8. Et in hoc verbo etiam Arabes literam η ponunt, qui pariter praeter

voeis naturam ut in ⁶⁰قَمَاح (erinaceus) id inferunt, quod et in Aethiopica lingua fieri adnotavit Ludolfius.

62) Deut. 2, 11, 12. Jon.

63) Deut. 34, 12. Jon. Ex. 28, 18 T. H.

64) Haec forma leg. Coh. 6, 12. aliae personae similiter Gen. 15, 8. 13, 24, 14, 42, 31, 34. Deut. 7, 9, 9, 3, 6 et alibi; apud Jonathanem istum. Penes verum quoque similis forma est facta a יצב (posuit) Aph. אנצבא 1 Sam. 13, 21. — ינדען etiam 2 Chron. 6, 29, 33.

65) Hanc vocem quidem Buxtorfius a נטר ducit, ut sit id quod servat; Beckius in comm. ad suam Paralip. Paraphr. eam aequalem esse dicit germ. Mantel. Haud scio an a מטר deduci possit uti ar. ⁵⁰مِطْر indumentum contra pluviam sumtum, pallium.

66) Esr. 4, 13, 7, 24.

Prov. 67), כונושרא (vertibulum) hebr. כִּישׁוּר 68) et quae a Fürstio recte huc revocata sunt גודא (turma) et חזנא (chorus) 69). Hoc fere commune est sermoni chaldaico cum idiomate Zabiorum item negligentius vel dissolutius syllabas acuendas pronuntiantium, ubi *m* (ante *b*) et *n* multo saepius etiam ita adhibentur ut in פּוּן (verbum, res) radice מלל; פּוּב (planctus) auctore Norbergio, cuius ex opere haec hausta sunt, oriundum ex syr. פּוּב (animo commotus fuit); פּוּן (nuntius) a יודע; פּוּב (propter) פּוּב (conventus magnatum) i. q. ch. דוּשֶׁן; potissimum in verbi conjugatione secunda ut פּוּב (frons) ch. פּוּב; פּוּב (foedavit) syr. פּוּב, פּוּב (amplexus est) ex syr. פּוּב; פּוּב (protendit) a פּוּב; quae dialectus etiam in eo cum chaldaica convenit, quod soni *r* amantior est, quod non solum pluribus verbis ubi simili loco ille receptus est probatur, sed etiam vocibus quales sunt פּוּב (discipulus) פּוּב (concinnavit) ch. סלסל. — Aliquoties in idiomate chaldaico *n* epentheticum reperitur in initio syllabarum ante terminationem pluralis numeri ut in הִירְנִיא (serpentes) כוּמְרִינִיא (sacerdotes) 70).

3. Geminatio literarum compensativa quae dicitur apud Syros in verbis flectendis nunquam neglecta, raro apud Onkelosum 71) saepissime apud reliquos chaldaicos scriptores non effecta comparet, inprimis apud alterum

67) Prov. 9, 9. 15, 7 et iam Dan. 2, 21. 4, 31. 33, 5, 12.

68) Prov. 31, 19.

69) Hue referri potest quod ab פּוּב fit פּוּב introduxit, ter apud Danielem, aliquoties quoque, quod a Buxt. non est adnotatum apud Ps. Jon. ut Ex. 35, 14. 38, 6. Num. 20, 12.

70) Deut. 32, 24. 32. et Gen. 39, 20; sed licet sint masc., tamen et pro duplici plurali haberi possunt.

71) אֲנִפִּי v. c. legitur Gen. 2, 7. (B. Buxt.) אֲנִחֵר Gen. 21, 12. 30, 4. 5. 9.

Pentateuchi paraphrasten frequentius אנהו (facies) אנהו (femina) אנה (tu) quam אפי אהו, אהו, אפי leguntur, verba autem פנ omnia fere n suum promiscue reliquerunt et abiecerunt: itaque nihil frequentius est formis quales sunt הנטור (servabis) אנשי (oblivisci fecit) הנפיק, הנפיק (eduxit) ינהב (flare faciet) מנהן (dare) ⁷²) et vel in Targ. Proverbiorum: ננטר, הננצי, הננשי, הננטר. Gemina mansit saepe in nominibus ut עללין (invadentes) עממא (nationes) ut et syr., quin in conjug. Pael. נא:נס (opprimamus) ⁷³); Syriace vero litera Nun in verbis ea incipientibus, nisi halitus solus sequitur, non retinetur, saepe adeo in nominibus ante Thau huic sono cedit ut in ןאז (ficus) cuius loco etiam in Prov. chald. חנהא habetur, et in ןאב (vitis) ןאב (caseus). Quod apud singulos, ut in paraphrasi Hierosolymitana dicta, studium Nun in fine vocum adsumendi animadvertitur, loco temporive tribuendum videtur, cuius similia in dialecto graeca Alexandrina et germanice in quibusdam regionibus ad popularium usum referenda sunt ⁷⁴).

72) Ex quinque his formis prima v. c. legitur Gen. 4, 6. 5, 1. 7, 12. 32, 5. in Ps. Jon. altera ib. Deut. 32, 18; tertiae Gen. 19, 8. 12. 24, 53 etc.; quarta Ps. 147, 18.; quinta Lev. 7, 36.

73) Num. 20, 17. Jon.

74) De priori multa exempla dat Sturz de dial. Maced. velut pro n servato: *συνσελω*, *ἀνελημφοθη*; pro adjecto eo: *γυναικων, παιδων, συγγουός; Ζορομβάβελ* — ex edit. H. Steph. p. CLXXXII. Germanice quoque in vulgari sermone apud Thuringos et Hassos n in Infinitivis omittitur, in Praesentibus aliquoties additur: ich thun, ich sehn es. In mediis vocabulis ex dial. gr. Alex. sunt quaedam exempla, ubi etiam ante alias literas quam β et φ inseritur: pro ששבצר legitur *Σαβαρασός* uno ש tantum expresso, Esra 5, 14; et ib. v. 3 et 6 pro חזרי *Θανθαναϊ*. LXX.

V. TONUS VOCABULORUM.

Cum in textibus Chaldaicis biblicis et Onkelosianis accentus in syllabis finalibus, praeter eas verborum et pronominum formas quae vocali terminantur, positi sint ⁷⁵⁾, recepta vero syriacae linguae pronuntiatio syllabas potius penultimas tono efferri iubeat, hoc quoque inter discrimina utriusque referri solet. Quod si *Hieronymum*, ubi Chaldaeos et ipsos cum Palaestinensibus sonare ait, antiquum discrimen fuisse negare vult *Hartmannus* Rostochiensis ⁷⁶⁾ inde certe colligi non potuerit, cum sonare ei sit literarum sonos inprimis vocales proferre, velut ubi se semper Chaldaica melius intelligere quam sonare potuisse profitetur ⁷⁷⁾. Masorethas veram veterem accentuationem Chald. exhibere, cum Hebraicam fere sequantur pro usus sacri ratione, non magis extra dubium positum est, quam verumne sit quod de Syriaco tono praecipiant grammatici: difficile omnino est hac de re hic ut apud Hebraeos ultra quod traditum est quidquam cognoscere. Posset aliquid ex accentibus vocum Aramaicarum apud LXX interpretes et Novi T. aliosque scriptores servatarum colligi, dummodo longiora verba barbara non ex more oxytona redderent et quod maius est signa accentuum ipsa non saeculo VII demum in codicibus hic illic appingi coeperint ⁷⁸⁾. Quae cum ita sint non mirum est quod

75) Accuratius descripsit *Winerus* in gramm. p. 15 modo ex formis verbalibus in \aleph Infinitivus excipiendus est, qui non ut in Paradigmate penacutus sed secundum Masorethicam punctuationem semper Milra est, ut \aleph Esr. 4, 21. Apud Onkelosum plura etiam.

76) *Linguist. Einleitung* etc. Bremen 1818 p. 336.

77) Praef. in Dan. — Tom. I p. 989 coll. loco Tom. V p. 170 ed. Mart.

78) *Montfauc. Palaeogr.* III, 5. Tom. I p. 223. Ubivis nondum saec. VIII et IX addita ea refert.

eorum norma cum Masorethica utpote eodem fere tempore stabilita plerumque convenit, ut in *ταλιθά κοῦμι*. Quamquam etiam aliquoties discēdit, ut in pronomi-
 nis affixis *σαβαχθανί, δσαννά*, quæ Masorethis paroxytona sunt, et in nominibus *Σομόρων* ⁷⁹⁾, *Τεροσόλυμα*, quæ minus. Unde de recitatione ante nostrae aerae initium recepta quidquam affirmare noluerim, nisi quod non dixerim probabile esse, Aramaeos vocis notione non mutata ut ubi solus articulus accedebat, accentum mutasse radicem tono privantes. Deinde quod maturo accidit ut literae vocales certis in formis verborum occultarentur et pronuntiari desierunt ⁸⁰⁾ tempus antecessisse ponit, ubi vocales illae finales tono carebant, unde sequitur formas verbales in vocalem exeuntes penacutas fuisse quod et vocalium ratione commendatur. Iam haec duo tam late patentia si vera sunt de primis certe saeculis nostris toti linguæ isti pro indole sua trochaicum potius rythmum, aut volunt grammatici, convenisse colligere licet. Quod si addas quae ex Syrorum hymnis hac de re viri docti eruerunt, non adeo omnia, but post cautissimum criticum *Hoffmannum* ⁸¹⁾ asseruit Fürstius, incerta videantur. Etenim qui primus accuratius metra eorum perscrutatus est *Hahn* non solum syllabarum numero Syros certa Graecorum metra secutos esse invenit, inprimis versum Anacreonteum et Adonium quorum decursus ad trochaicum maxime accedit, sed etiam in rythmo exprimendo non quantitatem sed accentum curasse dicit ⁸²⁾. At

79) Esr. 4, 10 LXX alterum nomen in N. T. saepe iuxta *Τεροσαλήμ*.

80) Quod contra Leusdenum comprobavit Hoffmannus in *Gramm. syr.* p. 136—138.

81) L. l. p. 121.

82) In libello: Bardesanes gnosticus, Syrorum primus hymnologus Regiom. 1819 p. 34: „Syllabarum enim numero poesis Syriaca

dixerit aliquis haec ad rhythmicam recitationem spectare non vulgarem accentum manifestare. Verum ubi iam metra adhibentur, neque vero assonantia aut homoeoteleuto oratio carmen fit, ibi si non syllabarum quantitas ut in lingua graeca et romana tenetur, naturalem toni sedem in ictu rhythmico observari consentaneum est, ut fit in lingua germanica. Atqui si pro duplici arsi in versibus Bardesanis ab Hahnio citatis locus quaeritur, non aptior invenietur quam qui ab eo propositus est ⁸³). Petiisse autem Syros, ut Harmonium qui Athenis literis operam dederat, metra sua a Graecis, veteres scriptores ipsi sunt auctores.

Iam vero apud Iudaeos Aramaice loquentes recitatio forsitan et ipsa fuit talis trochaica ut ita dicam. Utique in vulgari Rabbiorum sermone qualis iam in Gemara hierosolymitana, itaque fere Ephraemi tempore conspicitur, eandem fuisse, ex literis modo in initio modo in fine vocam abiectis probabile fit. Nam qui neglecta terminatione dixerunt *malcutheho* (regnum eorum) eos *malcuthéhon* pronuntiasse verisimile est. Talium literarum vero amissiones non solum apud primos Rabbinos

ut et Hebraica versum metitur, neque quantitatis, sed accentus rationem habet.“

83) L. l. p. 39. Hymnus metro pentasyllabo quod Adonium refert compositus sic incipit:

וֹי כִּי אֲנִי הוֹדִיתִי לַיהוָה
 וְאֵת חַסְדֵי נִסְיָאֵי
 לַיהוָה חַסְדֵי נִסְיָאֵי

quae ita recitanda esse docet: Ó mo s'he hevó Nuch | Dáseo b'phuchómo P | Cúllbun b'na, dóreh. — Ab hac vulgaris pronuntiatio non admodum deflectere potuit, et certe terminationem emphaticam tónum habuisse negandum est cum exitus versus plerumque voce trisyllaba fiat (ut phuchómo), nimirum ad finem (ut in pausa hebraica) ita — | — compositus et cum caesura efficiendum.



verum etiam in sermone Chaldaico penes posteriores paraphrastas fuerunt ⁸⁴). Itaque certum hoc est accentum in sacris apud Iudaeos Aramaicos tempore Masoritarum usitatum contrarium fuisse ei quo Syrorum hymnologi linguam suam potissimum promoventes utebantur. De priore aetate hoc modo dixerim, potuisse vulgarem Palaestinensium recitationem ab Syriaca diversam fuisse, si fuit Hebraeorum lingua vulgaris, cuius et in aliis tam erant tenaces; sed ex tempore inde quo libri Talmudici et sequiores paraphrases prodierunt, vulgarem sermonis Chaldaici accentum cum Syriaco convenisse verisimile est.

VI. RELATIONUM FORMAE.

Notae propriae relativae et soni demonstrativi interiectionesque ut simplicitate conveniunt ita similem originem inde habent quod loquens non res ipsas nominat, sed animum eius ad quem loquitur advertere tantum et referre vult ad eas, ut videat et sentiat easdem et in iis idem quod ipse. Notae relativae utpote non minus reliquis, si tempus integrarum enuntiationum non primi cuiusque clamoris spectetur, principales et nativa simplicitate conspicuae — sicut enim nudam relationem indicant, ita una modo consonante cum semivocali prolata constant — communes sunt Syris et Chaldaeis uti fere omnibus Semitis. Ex vocibus inde natis si a semivocali illa obscura ad clariorem pergitur et haec rursus consona finali munitur, communes sunt לְךָ, בְּךָ; propria Chaldaeis בְּיָךְ videtur, et quod ex pronuntiatione negligentiore apud posteriores oritur בִּי (in) separatum.

84) Sic apud Ps. Jonathanem בְּשׁ (homo) saepissime, קָאִי (stans) Gen. 18, 10. 24, 13, 28, 11, 41, 11, 17 et alibi; בְּכָרָה (inimicitia) Gen. 37, 4. 5. 8. 32, 5. Num. 35, 21. Apud talmudicos etiam בְּכָרָה (platea) pro בְּכָרָה.

Demonstrativae formae primariae quae ex vocali tantum cum halitu prolata consistunt, ut הָא (ecce) הָא (is) הָא (ea) הָא (vel), utrisque conveniunt. Etiam scribendi mos Syrorum apud sequiores Paraphrastas ut Jonathanem reperitur. Praefixum הָא interrogativum Syris est *ai* unde illud ortum. Praefixum simile הָא soli Chaldaei ex Hebr. sermone retinuerunt. Duo demonstrativa praefixa his ubivis adhibita הָא et הָא apud Syros non eiusdem usus sunt, hoc enim carent, illud nonnisi in הָא haec et in particulis comparativis est. Hae formae si aut ab fine aut ab initio aut utrobique consonantem induunt, novae oriuntur formae vario usu distinctae. Pluralis forma recepta Syr. et Chald. est הָא et הָא cum femininis suis. Quod Syri etiam dixerunt הָא ut הָא et הָא non Chaldaicum est sed Rabbini demum recipitur ut in הָא ista. Quod in Chaldaismo bibl. non minus frequens est הָא et הָא ⁸⁵⁾ Hebraismum sapit; Singularis autem forma הָא et הָא (hic) cum interrogativa sua הָא vulgaris apud Syros, non fuit apud Chaldaeos ⁸⁶⁾; quibus הָא erat ecce. Formae eae demonstrativae in r exeuntes utrisque receptae erant, modo Chaldaeis leni Syris fortiore spiritu prolatae: הָא (ecce, quia) item הָא et הָא ⁸⁷⁾ apud Ion. etiam הָא (quia), Syr. הָא in compositis הָא hic et הָא illic. — Formae aspiratae, terminatione **e** ad praesentem et propinquam rem, termina-

85) Prior forma Dan. 2, 34. 35. 3, 22 in הָא altera tantum apud Esr. 4, 10. 5, 5. 11. 12. 15. 7, 17. Etiam הָא et הָא — saepissime apud Esram, aliquoties apud Dan., frequenter in Pent. Ion. ut Gen. 11, 3. 6. 14, 15. 19, 3. 27. 18, 30. 24, 60. 30, 13. 14 et vel הָא 41, 27.

86) Similis forma הָא (hic) tantum apud paraphrastam Prov. bis occurrit, qui quod et ex versionis indole a Dathiq. comprobatum est prorsus a Syro pendet et saepe omnia descripsit.

87) Posteriora modo in Chald. biblico.

tione I ad remotiorem demonstrantes utrisque communes sunt, nisi quod אֶמֶר et אָמַר usu diversa sunt, ut supra dictum est, et Chald. etiam brevius הָרִי pro הָרִינ dicebatur. Praeterea hae formae Chaldaice etiam componebantur ut הָלֵכָא (huc) quod Syris per ܪ dicebatur. Formae אֶיִן (אֶיִנ) et הָיִן utrobique inveniuntur ita tamen ut posterior Syris prior illa Chald. receptor fuerit; apud quos etiam הָלֵא vel לֵא ⁸⁸⁾ aliquoties retentum est, quod Dan. et Esrae הָלֵא adsumto הָלֵא quoque sonuit.

Quae denique formae demonstrativae vim potissimam in consonante aliqua incipiente habent, inter eas communes fere sunt quae vocali terminantur: nisi quod הִי (hic) non item Syris adhibetur, quamquam in aliis compositis ea radice utuntur. Sed hoc loco plures formae Chald. sermoni peculiare apparent: 1) הָיִן , הָיִנ , הָיִן (hic) et הָיִן (haec); quarum prior Syris omnino non usitata est, posterior certe non simplex quamquam remansit in הָיִן . Proximum est Hebraeorum הִיא . Ad ditamentum Chaldaici simile modo in dialecto Zabiorum repetitur ⁸⁹⁾ ubi praefixo הָ , quod non minus Chald. hoc loco admittitur, demonstrativa praeter הָיִן et הָיִנ etiam sunt הָיִן et הָיִן , nec non הָיִן pro utroque genere. — 2) הָיִן (hic), הָיִן (haec), הָיִן (hic, haec) cum plurali modo allato הָיִן (illi) ⁹⁰⁾, cui simile

88) Hoc secundum Qri Esra 5, 15 ubi lectio scripta est אֶלֵּה uti et Jer. 10, 11.

89) Nisi fortasse in adverbio הָיִן tunc (הָיִן). Praeterea in inscriptionibus Palmyrenis XXIV, 5 et 7 ipsum Chaldaicum הָיִן legitur Swintoni.

90) Antiquum et hoc esse videtur, praeter Chaldaismum biblicum ubi modo de hominibus sed saepe usurpatur, non legitur nisi in adverbio הָיִן , quod praeter locum a Buxtorfio iam allatum ex Targ. Goth. etiam Deut. 32. 25 Ion. verum vix saepius inventitur. Forma הָיִן pro Singulari semper adhibita adhuc apud Danielem

Buxtorfius attulit ex paraphr. libri Esth. אֲלֵנָה (ultra). Haud alienum hoc est quod Caph etiam particulae כֵּן (hic) aliquoties adnexa deprehenditur כֵּן (sic). Tales formae apud Syros non leguntur. Ex dialecto Zabica tamen convenire videtur סִנְנֵי (hi) cum Chald. אֲלֵנָה. — 2) דִּירֵי (hic, hoc) דִּירֵי (hic) quibus אִי illud demonstrativum quod etiam in initio praeponitur ut אֲדֵרֵי (hicce) et apud Gr. οὐτοί. — 4) הֵן non separatim sed in voce בְּדֵן (nunc) apud Ion. et alios seriores paraphrastas legitur iuxta בְּרֵן (hebr. בְּרֵה), quod Onk. saepe eodem loco habet. Forma brevior בְּרֵן, quae et Chald., in Syriaco סִנְנֵי, quod vertunt „satis est, age,“ latere videtur. — 5) compositum דִּירֵי ut in דִּירֵי, דִּירֵי, דִּירֵי ad possessiva exprimenda, apud posteriores ⁹¹⁾, cuius loco priscis et Syris דִּירֵי adhibetur. — 6) בְּלֵם in בְּלֵם (quidquam) idem recentius, forsitan ex Hebr. בְּלֵם ortum, an ex radicibus negativis? — Syris peculiaris est forma סִנְנֵי (nunc) et אִי (ita). Quod dicunt סִנְנֵי (nunc) pro Chald. הַשָּׂעָה compositum ex nomine שָׂעָה (hora) contracto haberi potest, cum pro Hebr. שָׂעָה intuitus est unde temporis momentum dictum est, etiam שָׂעָה legatur. Simili origini vocem עֵכָשִׁי (nunc) deberi aliquis crediderit, nisi, cum sero demum crebescat, persica est.

Ceterum Syros plures particulas a Graecis recepisse constat, ut μέν, δέ, τάχα, ἔρα, Chaldaeos autem hebraicarum tenaciores fuisse ⁹²⁾.

obvia est, הֵן et הֵן non amplius. דִּירֵי apud Onk. est Gen. 24, 65 et 27, 33. Quod apud eundem est בְּרוֹם הַבְּרֵיךְ Gen. 25, 33 (hodie) explicandum esse videtur: die qui ecce adest, i. e. hoc ipso die.

91) Ion. Gen. 14, 23. Deut. 33, 17. 34, 5; Targ. H. Num. 12, 7. Deut. 32, 35 et saepe.

92) Mansit apud eos potissimum particula יֵה, et הֵן interrogativum omnino. Illam Syris inauditam fuisse inde sequitur quod Ephraemus in comm. ad Gen. 1, 1 explicandam sibi eam censuit, quod hic illic ab interprete Syro fuit retenta.

VII. NOMINUM FLEXIO.

Quae hoc loco diversa sunt, pauca fiunt si vocalium de quibus supra dictum est ratio non habetur. Primum est aliquid discriminis in terminatione plurali nominum a verbis לָא et לָב descendendum ut part. הָוִי (videns), quae syriace quidem fit per הָוִי, Chald. quidem etiam per הָוִי et הָוִי saepe vero etiam הָוִי scriptam invenias et contracte הָוִי ita ut masc. forma a foem. non differat, et haec quidem iam in textibus Onkelosi non emendatis obvia, in versione Prophetarum reliquis frequentior est, apud posteriores fere unice adhibetur. Deinde status emph. qui dicitur nominum in הָוִי desinentium Syris quidem est הָוִי ut in iisdem nominibus textus biblicus secundum scriptam lectionem exhibet velut in כְּשָׂדִיָּא; apud Targumistas autem exitus fit in הָוִי, ita ut haec forma cum constructa conveniat (כְּשָׂדִיָּא⁹³). Statum emph. reliquorum nominum vice versa Syris per הָוִי, Chaldaeis per הָוִי, quod scribitur etiam הָוִי, terminari *Aurivillius*, praetermissis tantum quae modo allata sunt, iam adnotavit, qui cum aptissime etiam locupletiores apud Syros adiectivorum nominum formas, deminutivas iisdem solennes, compositionem frequentiore, discrimen denique in numeralium scriptione conspicuum commemoraverit, unum modo superest ut addatur, cuius mentio iam ante facta est, diversus

93) Sic cum in paraphrasibus semper legatur, Masorethae pluries apud Dan. et Esram eam formam recipi iubent, Dan. 2, 5. 10. sed textus ipse constanter exhibet הָוִי ut Esr. 4, 9 (octies) 12. 5, 1. 5. 6, 7. 8. 14. 16. 18. Sic etiam Inscr. palmyr. Pl. XXX, 3 כלבִּיָּא et תדמִרִיָּא. Haec forma eandem contractionem apud Chald. subiit quam Part. הָוִי (pro הָוִי), id quod non aliquoties accidit sed vulgo. Emphaticae denique plurales formae מְלִכֵי in paraphrasibus posterioribus quidem crebescunt, sed apud Onk. et Ion. paucis modo in nominibus ut הָוִי (vita) הָוִי et a nominibus in ai desinentibus admitti solent.

nominum verbalium usus in quo hoc maxime notabile est quod Chaldaei formae קטל sunt amantissimi, a qua Syri abhorrent, formam קטל praefidentes fere omnibus ceteris quae et Chaldaeis plerumque sunt communes.

VIII. VERBORUM DECLINATIO.

Haec id quod primo aspectu apparet in plerisque rebus est aramaica, sed differentia utut exigua aliquibus in formis constans est, in aliis quidem usus est anceps, ita tamen distinctus ut formae ab Syriasmō alienae non ei aliquoties forte aspersae esse sed vere eum tinxisse iudicandae sint. Etenim ut etiam hoc loco vocales non spectentur, neque eae formae quibus recentior Chaldaismus discernitur urgeantur: tamen sunt quae ob maiorem frequentiam alterutri idiomati eodem iure vindicantur quo eo quae Hebraicae et Aramaicae linguis communia sed non aequae recepta sunt, illuc ubi et usus insignior et origo facilius erat, ut propria referuntur; plurima vero quae in Chaldaismo ex lingua quidem Hebraica ingruerunt ad omnes eius scriptores aut ad longe plerosque pertinuerunt, ita ut pro notis eiusdem non haberi non possint. Eius generis sunt

1) Forma secundae pers. masc. omnium Praeteritorum saepius desinit in נָ— quam in נִ ut apud Syros. In Chaldaismo biblico prior illa forma normam efficit, apud reliquos scriptores optimos quosque usu alteri praevalet, et vel in paraphrasi ad Syriaca omnia abeunte frequens est ⁹⁴). Quae scriptio pro solo admi-

94) Hoc cum nondum viderim adnotatum, locis allatis probandum censui. Masorethis ea res adeo certa visa est, ut etiam ubi solum קטל scriptum repererint, q'taltha tamen pronuntiarent, itaque in ChaId. bibl. quater decies sic scribitur: Dan. 2, 31. 34. 41. 43. 45. 47. 3, 10. 18. 4, 17. 5, 22. 23. 27. 6, 13. 14; forma q'talth modo quater: 2, 23. 4, 19. 32. 5, 22. Apud paraphrastas terminatio נָ— fere sola est ultimo tempore, tamen iam prioribus longe

nuper *Fürstius* pluribus argumentis aut negare aut infirmare tentavit. Incipit a similitudine literarum א et א in syris codicibus qua decepti scribae et editores illud pro hoc aliquoties fortasse posuerint. Quod cum **in** non-aliquoties sed ubivis hodie in libris syriacis ut in Peschitho et apud Ephraemum legatur, difficile est dictu quomodo hoc exemplo uti in animum inducere potuerit, verum etiam misso eo, discrimen illud pro exceptione ne ipsa quidem communi habere iubemur. Primum quia etiam in Syriaca lingua multa Futura per jod scripta reperiantur, cuius exempla ex N. T. versione proferuntur, obiter modo *Adlero* auctore notato. Verum enim vero ea exempla, quae prorsus eadem in *Hoffmanni* grammatica iam exhibita erant, quod apud hunc longe accuratius dictum est, etsi multis augeri possint, non leguntur nisi *in uno codice* personis illius, qui ob insignem negligentiam et dictionem et Chaldaismum ubivis labentem ab *Adlero* Hierosolymitanus appellatus est ⁹⁵). Nullum exemplum ex aliis tot codicibus illius versionis, nullum ex libris Ephraemi aut Barhebraei prolatum est quippe quod proferri non potuit. Deinde obiicitur, etiam apud Chaldaicos scriptores imprimis qui minus Hebraismo teneantur, **in** praefixum interdum reperiri, quod exemplis ex paraphrasi Proverbiorum petitis probatur. At in hac, quod minime negligendum est, formae tales non interdum sed numero plus duplo maiore leguntur, scilicet quia ista paraphrasis cum in textu Hebraico vertendo tum dictione prorsus fere a Syro interprete pendet ^{95 b}). Iam vero quod addit F., formam נקטלי et נקטלי aequae frequentem esse in paraphrasi Ionathanis et in Hierosolymitana, cum adeo novum sit, ut *Buxtorfios, de Dieuos, Guarinos*

95) Adleri Verss. Syr. p. 146, cf. Hoffm. I. I. p. 175.

95 b) Quod Dathe in Opusce. exposuit.

fugerit, exemplis certe aliquibus probandum erat: verum ne unum quidem prolatum videas. Quod donec fiat de Ionathane dubitare licet, Fürstius certe ne hoc quidem indicavit, utrum Ionathanem tales formas usurpasse velit. Targum Hierosolymitanum eas habere mere fictum est. Etenim quoniam editiones Polyglottae Venetas saepe emendarunt, quamquam consonantes nisi manifesto corruptas reliquerunt intactas: editionem eius Rabbinicam contuli, at ne in ea quidem ullam 3 Fut. personam per Nun scriptam reperire potui ⁹⁶). Ut tamen ex aliquo editionum Venetarum angulo quandoque eruatur, nequam inde quae norma communi plurimorum paraphrasium usu nititur et a qua unus modo scriptor Syriacis omnibus delectatus deflexisse minima cum miratione deprehenditur, ullo modo infirmatur. Ad quam diluendam quod postea confertur, aliquoties Chaldaice etiam ת pro 3 Fut. m. in Psalmorum paraphrasi, et Syriace נ et י pro 1 Fut. reperiri: horum prius rarissime ibi accidit si plus quam semel, alterum rursus solius codicis Hierosolymitani illius culpa est, utrumque nihil nisi pravam quorundam codicum conditionem probat. Nec magis ad rem facit quod eius usus causam Fürstius cum Aurivillio in eo ponit quod Aramaei literae jod ple-

96) Offendit quidem aliquoties Futurum per Nun scriptum ubi non est ad plures referendum, sed ibi 1 pl. persona pro 1 sing. ut saepe in eo Targum posita est. Gen. 44, 18. Lev. 1, 1 et saepius quod et hebraice Gen. 29, 26 accidit. Maiorem speciem habet quod Gen 3, 24 legitur קדם עד לא נברא עלמא חרין אלפין שנין. Etenim עד לא (antequam) potest non minus cum Futuro coniungi quam cum Praeterito, unde verti possit: antequam crearet (deus) mundum II milibus annorum, creavit legem et paravit infernum et paradisum. Verum uti Ionathan eo loco habet Praeteritum ברא ברא ita et ברא sine dubio est Praet. Niphal, quod eum retinuisse non mirum erit, qui praeter Hiphil (22, 1) et Hithpael (3, 20. Lev. 5, 29) etiam Pyl Hebraicum (Gen. 13, 7) et formas Aramaeis ita inauditas ut שני (duo) 49, 24 usurpat.

rumque vocalis naturam in syllabarum initio induenti solidiorem sonum hoc loco vindicare studuerint, quo sive verum sit sive minus, ipsa usus discrepantia qua Chaldaeis jod retinebatur, Syris Nun potius placebat, minime tollitur.

5) Formae vulgares Infinitivorum praeter primum diversae sunt eo, quod Chaldaice plerumque in אָ, Syriace per ܐ formantur, et quod apud postremus demum paraphrastas מ praefigitur quod Syris ab initio fuit familiare. Ceterum Chaldaice multae etiam primi Infinitivi formae leguntur, quae ex syriacis libris proferri non possunt⁹⁷⁾. In his enim modo אָבְרָהָם et אָבְרָהָם habentur; Chaldaice etiam מְקַטִּיל, מקטיל ad formam Hebraicam, cuius exempla iam in primis paraphrasibus occurrunt⁹⁸⁾. Reliquorum Infinitivorum haec est ratio: Purus qui dicitur Chaldaismus Onkelosi et Prophetarum paraphraetae Infinitivo nulli, praeter primum, literam מ praefigit, terminationem מִ— quidem in forma constructa adsciscit, sed praeterea ubi vis in אָ cadentem facit, cuius in locum etiam apud recentiores, ubi haud raro מ ab initio accedit, non אָ sed aliquoties אָבְרָהָם succedit, et quae forma apud plures interdum legitur אָבְרָהָם⁹⁹⁾. In verbis אָ denique iam primus Infinitivus in eo differt quod pro Syriaco ܐ in biblico quidem Chaldaismo scribitur אָבְרָהָם cuius formae pronuntiatio per é in omnibus paraphrasibus exprimitur ubi מְגִלִי per jod scribitur et fere tantum si Infinitivus cum verbo finito coniungitur forma

97) Cf. Hoffm. gr. p. 172.

98) Praeter exempla a Winero Gr. p. 99. laudata פְּרוֹק חֲתָרָק Jes. 24, 19. לְפָרֶהָ דֵּעַ Deut. 34, 3. יִחַן מְשִׁמֵּץ Gen. 15, 12 id. מְשִׁכֹּב ib. 16, 5. et saepe. לְמַרְדָּא Gen. 10, 8.

99) Ex. 13, 21. T. H. לְמַרְדָּא מְדַלְכִין (ad eundem) sim. 14, 25. Lev. 15, 21. — 2. Par. 11, 4. מְלִי מְזַלְקִין.

מְקַלָּהוּ similiter ut in מְקַלָּהוּ adhibita reperitur ¹⁰⁰). Simile discrimen in Imperativis eorundem verborum conspicitur, primum enim Chaldaice etiam Pacl et Aphel cum Passivis suis in קַל (vel קַלְ) desinunt ubi Syriace est קַל (קַלְ) ut in קַלְ (sana); deinde quod fere inde sequebatur pro Feminino Chaldaice plerumque terminatio קַלְ sumebatur quae Syris ubivis קַלְ erat.

Denique in participiis passivis forma Syr. קַלְ Chaldaice paucis exceptis קַלְ sonabat.

6) In coniugatione Aphel et in Passivis קַלְ Hebraeorum adeo ante praefixas literas in Chaldaismo biblico fere semper in reliquo saepenumero retentum esse, iam supra p. 21 est comprobatum. Aliquoties etiam Hophal et Pyal immixta sunt ¹⁰¹).

7) Coniugatio Schaphel quae Syris ab omnibus verbis fieri potest, perrara est apud Chaldaeos scriptores nec primis quidem nisi in certis vocibus usitata.

8) Contra formis קוּמָה, קוּמָה, et קוּמָה in Chaldaismo non infrequentibus Syri abstinerunt.

Denique et hoc adnotari poterit, quod Futurum verbi קוּמָה ubicunque brevior et quod videri possit antiquior eius forma usurpatur, Syrorum scriptoribus optimis vulgo est קוּמָה, Chaldaeis vero plerumque קוּמָה. Quod praeterea Auriwillius addit, Syriacum Participium act. in verbis mediam geminantibus עָלָב ab עָלָב non esse Chaldaeis regulare, equidem cum formae עָלָב et עָלָב non minus frequentes sint, non affirmaverim ¹⁰²).

100) Winer. I. I. p. 58.

101) In Chald. bibl. semper Hophal est pro Passivo III Coniugationis; caeterum rarum est nec tamen inauditum; apud Ionath. Ex. 15, 17 et Num. 8, 24, in Targ. Chron. I, 1, 44 cf. Beck. ad h. l. — Pyal: Gen. 13, 17 T. H. et in partt. Gen. 37, 3 מְצַוֵּר; Ex. 15, 17 et Gen. 28, 17 מְצַוֵּר; Ex. 12, 8 מְצַוֵּר Ion.

102) Plura quae praeterea ille inter discrimina retulit aut ad solum scribendi morem pertinent ut in verbis קַלְ terminatio קַלְ

IX. STRUCTURA SERMONIS.

In syntaxeos legibus utrumque idioma maxime conuenire iam Aurivillius aliique adnotarunt; singula modo sunt quae licet neutris inaudita in altero tamen aut latius pateant aut longe frequentiore usu distinguantur. Maior vero diversitas circa syntaxin ne inter Hebraisimum quidem sequiorem et sermonem Aramaicum intercedit quam quod ea quae ibi exceptionis speciem habent, hic pro norma consideranda sunt. Talia hoc loco sunt:

1) Pronomen possessivum in utroque idiomate quidem fere aequè frequenter nominibus cum Genitivo coniunctis vel solis praepositionibus ante ipsum nomen cui praepositae sunt, suffigitur, ut: אֲבִינָהוּן דִּי בְנֵי עַמּוֹן (pater Ammonitarum) Gen. 19, 38. O. בַּהּ בְּלַיְלָא (ea nocte) Dan. 5, 30. אֲרִתְּשֶׁתָּא עַל אֶלְנֻרֵי עַל Esr. 4, 11, apud Chaldaeos tamen certe priores: id non saepe nisi ubi de hominibus sermo est vel de urbibus et regionibus quae quasi personae faciem induere possunt, accidit. Apud Syros non solum in nominibus latius patet hic usus sed etiam in verbo cum obiecto suo coniungendo vulgaris est, omissa quoque in nomine obiecti nota, ut **פְּרִיסָא כְּסֵפָא** (proiecit argentum) Matth. 27, 5, quod raro fit Chaldaice.

2) Praedicati significatio per pronn. perss. ut **דִּינָא** et **דִּינָא** quae Chaldaice absoluta ponuntur, Syris cum subiecto in unum verbum coalescit, sono **ܐܝܢܐ** oppresso et vocali ex pronomine **ܐܝܢܐ** (non **ܐܝܢܐ**) in finem nominis recedente. Unde syriace etiam tertiae personae cum Participiis ad actionem circumscribendam connectuntur,

= Chald. **ܐܝܢܐ**, aut non satis constant, ut quod pro **ܐܝܢܐ** Ch. dicatur **ܐܝܢܐ**, cum et apud hos persaepe i reperiatu idque in iisdem verbis velut praeter locos a Winer. in gramm. laudatos **ܐܝܢܐ** Hos. 1, 10, **ܐܝܢܐ** Jer. 33, 22.

id quod Chaldaice in secundis modo et primis accidit, ubi non dicitur קָטַלְהוּ (interficet), quamquam saepissime קָטַלְנָא (interficio).

3) Fusius dicendi genus in actione et aliquo statu circumscribendis ut et maior particularum quasi coactionis Chaldaici idiomatis notae esse videntur, ubi non solum praesentia et aoristi per הוּהּ cum Part. (quod Syris plerumque est Imperf. cum Praet. et (Plusqu.) promiscue coniunguntur, sed etiam post aliud temporis exprimendi adminiculum ea locutio adhibetur, velut post אָחִיד non solus Inf. cum ל reperitur sed etiam tales phrases: עָחִיד לְמַהוּי אָמַר Gen. 40, 18 T. H. ¹⁰³). In particulis maxime Syrorum maior simplicitas notabilis est. Post praepositionem מִן iam apud Onkelosum saepissime ante nomen etiam particula ו inseritur, ut Gen. 43, 11: sumite 'de optimo מִדְּמִשְׁבֵּה (de eo quod optimum est) Num. 24, 9: unus de domo Iacobi הוּהּ מִדְּבֵיתָא ¹⁰⁴) — ante verborum Infinitivos vero eidem praepositioni insuper ל tantum non ubique subiicitur, ut Gen. 31, 29: cave ne loquaris מִלְּמִלָּא; 27, 1: caligaverunt oculi eius ut videre non possent מִלְּמַחֲזִי quod Syris usitatum non erat. Praeterea immodica fere apud Chaldaeos scriptores est particularum compositio, ut pro Hebr. בְּבִלְחִי et Syr. בְּ c. Fut. saepe legitur בְּדִילָא Gen. 3, 11 praecepi tibi ut non comederes בְּדִילָא לְמִיכַל דְּלָא לְמִיכַל; similiter 4, 15: ne interficeret eum בְּדִילָא לְמִקְטֵל רַחֲמֵיהּ וְלֹא לְמִקְטֵל רַחֲמֵיהּ. Ita illis pro simplici מִן, קָבַל, עָלָא, וְעָלָא, וְעָלָא וְעָלָא.

¹⁰³ Ion., Deut. 32, 29: מָה יְהִי עָתִיד לְמַהוּי ubi cum Syro Onk. simpliciter יְהִי מָה habet.

¹⁰⁴ Praesertim מִדְּבֵיתָא ita legitur Ion. Deut. 33, 17. 50, 1. 10; Num. 22, 30. O. h.: מִדְּבֵיתָא. Aliquoties tamen et Syrus habet ut Hos. 1, 6 וְלֹא לְמִיכַל, non habet. v. c. Obad. v. 18 ubi pluries apud Chaldaeam est.

בה זמנא כדרי, על דבריה דר, כל — קבל, מן קדם דicitur
praecipue in Chaldaismo biblico, sed aliis permultis
phrasibus similiter compositis etiam posteriores scripto-
res delectantur. ¹⁰⁵⁾

4) Eodem pertinuerit, quod Chaldaei activam cum
passiva locutione commutare et verbi activi conjunctio-
nem cum objecto uti et nominis recti cum regente con-
sociationem relaxare amant: partim utique quo verborum
copia et fucus major orationi comparetur, ut apud
Danielem: a me factum est decretum 3, 29; gramen
tibi comedetur et ros coeli tibi bibetur 4, 22: (ubi ad
regem sermo fit) et apud paraphrastas: nonne tibi audi-
tum est? Gen. 44, 18. T. H. — partim ubi deo actio-
nes humanae tribuendae erant, superstitione ducti ne
nominis divini arcta conjunctio cum nominibus vulgari-
bus majestatem ejus laedat; itaque non solum dicunt:
ab eo visum (ante eum revelatum), auditum, decretum
est ¹⁰⁶⁾, sed etiam statum constructum antecedentem
nomina sacra praepositione aliqua semovent, ut: locus
in quo delectatio dei est יי מן קדם בה Gen.
28, 17. unde etiam ibidem porta coeli שמיא קבל דרע
dicitur ¹⁰⁷⁾. Quamquam etiam tali ratione non inter-

105) Syri particulam כל cum aliis non componunt nisi ad rela-
tiones universales efficiendas (pro lat. — cumque), apud Danielelem
saepissime etiam part. causalibus praefigitur, ut in nostratum all-
dieweil. Apud paraphrastas me similia legere non memini: modo
קבל — כל reperitur significatione paulo alia hac: prorsus ex ad-
verso; coram ipsa re. — Ceteram etiam in aliis linguis postquam
particulae ejus diu tritae usu sunt similis etiam praepositionum
cumulatio existit, ut germanice in media aetate: in ze (= ad); zu
ze (Nib. v. 5728 = ad) beneben (v. 8748) et similia dicebantur. —
In conjunctionibus ea est Targumistarum coacervatio ut tres et qua-
tuor habeant ubi una sufficebat velut Deut. 8, 3. מן בגלל
להוריעוהך ad te docendum); דריל דלא (ne) Gen. 3, 10.

106) Quae locutiones plerumque ut activae construuntur, velut
Dent. 31, 27. גלי קדמי רה.

107) Plura dedit. Win. de Onkeloso p. 44 sq. Addi potest Hos.

cedente, particulae ut supra dictum est cumulantur ut Am. 2, 2. ubi Syrus cum hebr. habet אָחַד אֶחָד chald. effert מִקְבֵּל אֶתְהָא

5) Itaque cum orationis contextus Chaldaeorum si cum Hebraico conferatur, omnino dissolutior fieri coepisset, sensim etiam aretior enuntiatorum conjunctio quae in libris sacris per Infinitivum praefixa particula tempus aut comparisonem indicante effici solebat, Syris vero paene omnino perit, apud Chaldaeos rarior fit. Sic nexus ille solutus est per פִּי sq. Praet.: Gen. 12, 14, 24, 30, 25, 20, 38, 17, 39, 13, 44, 31. Et Syris quidem nullus infinitivus retinetur, nisi qui rectas sit, ita ut tantummodo cum Σ praefixo legatur (os). Targumicis vero non hic illic sed promiscue tales Infinitivi cum suis praefixis etiam servantur ut apud Onkel. במִיחֻדֵי Gen. 25, 62, 33, 18 et idem Inf. c. pronn. 44, 30, 48, 5, 7. — 24, 5, 30, 38; בְּשִׁחְחוּתֵיהֶּ (hebr. בְּשִׁחְחוּ) Ex. 11, 1; בְּאַפְקֵיחֵי (hebr. בְּהוֹצִיחֵי) Ex. 17, 32 Syrus: אֲפִיחֵי — כִּי אֲפִיחֵי (hebr. אֲפִיחֵי) Ex. 34, 34 atque apud Jonathanem: בְּמִחְזֵי (hebr. בְּרִאחֵי) Jes. 29, 23; בְּאַיִחֵיחֵי Ez. 32, 10. Etiam negativum Infinitivum Syri non admisisse videntur, ubi enim hebraice לִבְהִיחֵי קָטוּל et chaldaice לְמִקְטֵל בְּרִיז דְּלֵא legitur, ibi Syrus Π cum simplici Futuro quale orationis serie postulat, substituit: Gen. 38, 9 לְקַמֵּחֵי דְּלֵא בְּרִיז דְּלֵא ubi Syrus modo לִפְנֵי נִסְמָא; similiter Ex. 8, 29, 9, 17. Ez. 23, 27, 30, 24, 8. Ita et ubi מִן cum Infinitivo conjungendum erat — Infinitivus conjunctivus vero aramaice est לְמִקְטֵל — Syri plerumque aut illa particula abstinerebant, cum

4, 1. Etiam in Patriarcharum actionibus referendis dictio passiva dignior visa est, ut ubi de miraculis sermo est, דִּאֲשֵׁר עֲבִדוּ, לאֲבוּיִן quae patrata sunt patri isti Gen. 44, 18. T. H.

108) Hoffm. l. 1. p. 342.

109) Solum Σ Syrus habet Gen. 44, 7, 17. pro ch.

Chaldaei ea conjunctione **למאן** admodum delectarentur, aut **ל** interponebant (109).

6) Futuri usus post verba quae *velle* aut *posse* significant, alienus ab idiomate Chaldaico, Syris vulgaris est; uti quod legitur chald. Deut. 10, 10 **לֹא אָבָא לָא אָבָא** apud Syrum est **לֹא אָבָא**. Talia sunt praeter **לֹא אָבָא**, **לֹא אָבָא**, **לֹא אָבָא**, et similia quibus Futurum et praeposito, et omisso eo, syriace subjungitur, chaldaice Infinitivus atque in novissimis demum paraphrasibus et in Gemara Participium (111), aut ipsum Futurum additur.

7) In chaldaismo biblico pro formis **לֹא אָבָא** et **לֹא אָבָא**, quae non reperiuntur, cum indicativi tum jussivi loco semper leguntur **לֹא אָבָא**, et **לֹא אָבָא**, quo additamento etiam cetera verba in tabnudicis libris saepe (in tertiis tantum personis an et praeter has?) utuntur. Quas formas sive cum Buxtorfio, Guarino aliisque ad Infinitivum revocaveris, ita ut in longioribus formis pronomina contracta laterent, sive cum de Dieuo et qui nostro tempore accuratissime de iis disputavit *Beerio* (112) pro Futuris singulariter quidem sed ad Syriacum morem praeformatis habeas, sive cum *C. B. Michaeli* conjunctionem **ל** in iis cum Futuro coaluisse et Subjunctivum more Arabum significasse — quod Dan. 2, 43.

(absit) Ex. 36, 6. **מִלְאֵי תַיָא**; Ex. 35, 30. **מִלְאֵי תַיָא** (timuerunt accedere); alia ratione vitavit ib. v. 33. et Jes. 23, 1. **מִלְאֵי תַיָא** 24, 10. **מִלְאֵי תַיָא** (110). Prov. 17, 10. ubi etiam chald. paraphrasis idem inseruit, stricte plerumque Syrum sequens. Alia exempla apud Hoffm. p. 343.

111) Solum participium post **עָתִיד** legitur v. c. Num. 24, 22. T. H. post **מִקְבְּרִין** (studuerunt) cum part. 1. Gen. 13, 7. Jon. — Solum verbum finitum est v. c. Avoda sara ed. Edzardi p. 10: **וְנִי מִצִּיָּה אִמְכָּה הָרִי** (et numquid potes ita dicere).

112) Inscript. et pap. Sem. in Aegypto repertae p. 18 — 21.



4, 22. indicativus postulat, penes scriptorem minime strenuum et constantem excipi potuerit, in reliquis locis

Arabs re vera ^{عنه} habet ut ^{معه}, 18. cf. 6, 2. 26. — eas formas, ex Syrorum libris nemo facile protulerit; in Chaldaismo genuino quidem solum verbum ^{היה} adscivit, sed aliquoties etiam praeter Dan. et Esram adhibitas videas. Quod quidem in monumenti Carpentoractensis ultima linea Lancio teste legitur ^{היה}, id a laudatissimo earum rerum indagatore Gesenio, qui ^{היה} aut ^{היה} suadet, non agnoscitur. Praeterea in Targ. Hieros. Ex. 10, 28. habetur ^{עני} ^{היה} ^{למך}, ubi et pro Infinitivo haberi potuerit, et in paraphrasi Jonathanea dicta Ex. 22, 24. si mutuum datis, ne imponatis illi ut sint contra eum testes. ^{לוא השווה עני דלדון עלוי שעדון}. Saepius uti dictum est demum in Talmude legitur.

8) Vocum collocatio Chaldaeis minus ab Hebraica discedit quam apud Syros, nisi quod illis verbum ultimo loco ponere acceptum est, ut Gen. 9, 20: et coepit Noachus vir pius esse ^{צדקתו למדון}. T. H. Similiter Ex. 24, 23. Jon.; Dan. 6, 20. 7, 28. — Ceterum liberior illa verborum collocatio qua Syri Adjectiva et pronomina, etiamsi non praedicatorum vice funguntur, Substantivis praeponunt, praecipue vero voces grammaticae conjunctas interpositis una aut pluribus aliis vocibus minoribus loco separare amant, v. c. ^{לוא} Gen. 42, 11; non item Chaldaeis recepta fuit, nimirum quia hi Hebraeorum, illi potius Graecorum usu ac ratione in sermonis conformatione tenebantur.

Haec habui quae de discrimine inter Chaldaicum sermonem et Syriacum dicerem. Multa quidem quae huc relata sunt sola usus frequentia diversa sunt, ita ut quod in altero vulgatum fuerit, in altero rarum dicendum sit, sed major discrepantia ne inter eas quidem dictiones saepe intercedit, quae strictius diversae dialecti appellari possunt ut inter Hebraicam et Syriacam. Hoc tamen primum undique apparet, Chaldaicam dictionem ne primorum paraphratarum quidem cum Syriaca prorsus unam eandemque esse, quomobrem eas dixerim unam quidem efficere dialectum Aramaicam, duas vero idiomatis species, sonorum pronuntiatione, formarum soliditate et copia, et orationis conformatione — certe quae nostra est earum notitia — non parum diversas, et ita quidem ut Syriaca praestet fortibus sonis, facultate et ubertate in verbis et nominibus cum substantivis tum adjectivis derivandis, dicendi simplicitate et sermonis contendi libertate, maiore denique ubivis constantia. Chaldaica vero discedat sonorum mollium et lenium studio, conjuncto cum syllabarum dissolutione, unde cum syllabae apertae finales tum acutae mediae, aliae per nasalem sonum aliae per stridentem clauduntur; deinde quod formae fere nullae locupletes et efficaces ei sunt nisi in partibus orationis inferioribus: in pronomibus particulisque ac in verborum Infinitivis quorum latior usus quoque remansit; denique quod major est synonymorum coacervatio et apud recentiores sonorum finalium oppressio dicendique omnis negligentia. Postremum fere ubique accidere solet quando lingua quaedam tritior usu facta est; quod secundo loco positum est e sola vetustioris cuiusdam usus conservatione non satis explicatur, sed loci quoque diversitatem in causa fuisse ut cogitemus requirere videtur; quod ab initio dictum est cum commune plerumque chaldaicae dictioni sit cum Zabiorum dialecto, ad pravius quoddam loquendi genus vulgare, ex parte fortasse etiam

ad hominum provinciae cuiusdam naturalem habitum et corporis affectionem pertinuisse crediderim. Pleraque eiusmodi pronuntiationis notae etiam in sequiore Hebraismo apparent, unde et in Chaldaismo ad Judaeorum indolem popularem revocare licet.

Cum Hebraica vero lingua Chaldaicae ea ratio intercedit, uti a sonorum consideratione inde usque ad orationis contextum perpensum arbitratur esse demonstratum, ut non recte dicatur, et adpersa aut immixta inde esse nonnulla. Sed permixtio ea est tanta, ut apud paraphrastas in dicendo purissimos quosque certae formae prorsus hebraicae maxime constanter occurrant, apud paraphrastas recentiores vero et in Chaldaismo biblico, ergo apud plerosque chaldaicos scriptores perfecta fere temperatio formarum Aramaicarum et Hebraicarum conspicua sit, uno excepto paraphrasta Proverbiorum, qui cum verba fere singula sua a Syro interprete petisse haud iniuste arguatur, Chaldaismum omnino non sistit.

Quae cum ita sint, in ipso illo Hebraico sermonis colore maxima idiomatis Chaldaici proprietates ponenda est, principale vero discrimen a Syriaco idiomate inde emanare videtur, quod Chaldaica quidem dictio in pristiore Aramaismo quasi obrigit, et rabbinicae magis magisque vicina reddita est, donec in ea interiret, Syriaca vero partim politioris graecae linguae exemplo partim vi novarum cogitationum, post religionem Christianam receptam illatarum, amplius exulta novum et ipsa vigorem adservit.

D. Lc 490

ULB Halle
000 786 101

3/1



